Sed cõtra istas tres opiniones arguitur multipliciter. Primo sic. ois actio realis habet terminũ realem. ⁊ sic actio noua habet terminũ nouũ: sed quãdo aliquid mouet̃ de minus calido ad magis calidũ: ibi sensibiliter experitur actionem realem nouã. igitur ibi erit aliqᵈ nouũ productum qᵒ prius non fuit: ⁊ nihil precedens corrumpitur ꝰm istas tres opiniones. tunc illud aut est eiusdẽ rationis cũ forma precedente et habetur propositũ qᵒ est augmentatio per additionẽ noue partis distincte realiter informãtis idẽ cũ priori aut alterius rationis. ⁊ hoc non quia tunc essz compositio in forma accidentali ex potentiali ⁊ actuali alterius ratiõis sicut est cõpositio in genere substantie ex materia ⁊ forma. Itẽ ois actio vel est acq̃sitiua aut deperditiua: sed quãdo aliquid mouet̃ de minus calido ad magis calidũ: ibi nõ est actio deperditiua: qꝛ tunc non esset augmentatio forme: igitur est acq̃sitiua. igitur per illã aliq̃d noui acq̃ritur qᵒ prius nõ fuit. ⁊ illud tunc sicut prius aut est eiusdem rõis cũ forma preexistente aut alterius si eiusdẽ ⁊ nihil precedens corrũpitur ⁊ sic habetur propositũ si alterius. tũc aut est alterius speciei simpliciť qᵒ nullus potest ponere aut est alterius rationis sic ꝙ est essentiale speciei caloris: ⁊ tũc sicut prius est materia vel forma. ⁊ sic erit vera cõpositio sicut in genere substantie qᵒ suppono esse falsum ad presens. Itẽ impossibile est esse transitũ de cõtradictorio in cõtradictorium sine omni mutatione extendendo mutatõem. sed quãdo de minꝰ albo fit magis albũ est talis trãsitus: quia tũc est albus in tanto gradu ⁊ prius nõ. igitur aliquid est nouũ ꝓductuz. Item quãdo forma nõ variatur ⁊ subiectũ siliter non variatur. ibi est semp equalis denoĩatõ: sed quando de minus albo fit minus albũ subiectũ manet idẽ. ⁊ per cõsequẽs nõ variatur substantialiter: quia forma per te non variatur: sed est oĩo eadem igitur ita perfecte denoiatur albũ quãdo est magis albũ: sicut qñ est minus albũ. Si dicas ꝙ forma post augmentatiõem magis radicatur in subiecto ꝙ̃ prius. ⁊ ideo subiectũ magis denominatur albũ ꝙ̃ prius. Contra ista radicatio nõ consurgit nisi ex forma ⁊ subiecto: sed subiectum est idem ⁊ per te forma est eadem. igitur radicatio erit eadẽ ⁊ equalis ⁊ participatio similiť. ⁊ p ꝯñs si sit maior radicatio erit maior forma. Si dicas ꝙ radicatio forme ẽ ex hoc ꝙ agens plus appropinquatur passo ꝙ̃ prius. Contra agens non respicit passum nisi mediante forma. igitur si in forma nulla sit variatio

non alio modo agens respicit passum ꝙ prius Item quero vtrum inter primū gradū ⁊ scōm sit distinctio vel non. si nō: tūc nō magis denoīat post augmentatōem ꝙ ante. si sic aut ex natura rei aut per intellectū. nō ꝑm intellectum: qꝛ ꝑm eos qñ extrema cōtradictionis verificant de aliquibus: illa nō distinguitur ꝑm ratioñe sed realiter. Et de istis gradibus videtur esse ⁊ nō esse: quia primus est quādo scōs non est. igitur est ibi distinctio ex natura rei nō formalis vt suppono ex dictis igitur realis ⁊ prim⁹ non corrūpitur. igitur in illa forma sunt plura eiusdem rationis realiter distincta et habet̄ ppositū. Itē zoē agens approximatū passo qꝺ pōt in aliquā operatōnem in quā prius nō potuit ceteris paribus ꝓ supponit nunc aliquid positū in agente qꝺ prius non fuit: sed calor in gradu intenso approximatus ligno pōt in actū intensum in que prius non potuit quādo fuit in gradu remisso igitur aliquid est nunc in calore qꝺ prius nō fuit. ⁊ est eiusdē rationis: qꝛ nō est ibi aliqꝺ additū alterius ratiōis sicut post parebit. ergo. Itē habito termino mot⁹ cessat motus. igitur si per motū nihil acquiritur ipsi forme sed totū prefuit in principio quādo incipit motus terminatur motus. qꝺ est falsum ⁊ contra sensum. ⁊ ideo dicit phs ⁊ cōmentator ꝙ motus est acquisitō partis post partē illius forme ad quā vadit: ⁊ ꝙ motus est actus entis in potentia ad maiorē formā ⁊ ꝑfectiōem. Si dicas. ꝙ forma est eadē ante augmentationez ⁊ post ꝑm essentiā non ꝑm esse. Contra. quero vtrū illud esse distinguit̄ ab essentia aut nō. si nō tunc dicere ꝙ est variatio in esse ⁊ non i essentia est cōtradictio: qꝛ oia idez sunt: sed si sic tunc habetur propositū: quia tunc ꝑ augmētatōem aliquid nouū acquirit̄ ⁊ pars preexistēs non corrūpitur. ⁊ per ꝯñs paro additur parti. Contra quartā opinionē. qꝛ non potest saluare augmentatōem: sed tantū generatōez ⁊ corruptōem. Item quādo aliqua augmentabilia sunt eiusdē rationis ⁊ vnū est perfectius ⁊ aliud imꝑfectius. illud qꝺ est iperfectius includit plures ptes ꝙ perfectius. ⁊ dico ꝙ quāda sunt augmentabilia propter aīam xpi et aīas alioꝝ: quia aīa xpi est nobilior i puris naturalibus ꝙ oīa alicuius alterius. ⁊ tamē non ē augmentabilis per tales gradus: vt videtur. sed si in augmentatione tota forma prior corrūpitur qñ posterior inducitur forma scōa non includeret plures partes ꝙ prima: sed erūt equales semꝑ. ⁊ per ꝯñs non est alia augmentatio. igit̄ ⁊ē. Ideo dico aliter ꝙ suscipere magis ⁊ minus est passio quedā que imediate inest cuicunqꝫ materie, ideo nō pōt demonstrari ꝑ aliquā causam: sed talis passio solū experimento potest ostēdi in esse suo subiecto. hoc ptꝫ quia si posset denegari in esse alicui: aut igitur propter imperfectōem forme aut perfectōem. nō primo modo: qꝛ forme imperfectiores ꝙ albedo suscipiunt magis ⁊ minus. nec scōo modo: qꝛ forma perfectior suscipit magis ⁊ minus puta caliditas. ⁊ ideo nō est aliqua causa querenda quare vna forma magis ⁊ minus ⁊ alia nō nisi quia illa natura est hec: illa ē illa. ⁊ hoc arguitur solo experimento. Sed ꝗtum ad modū augmentatōis. dico ꝙ forma augmentabilis cōtinet in se plures gradus eiusdē ratōnis ⁊ quando forma primo generat̄ in vno gradu est minor perfectio i forma. ⁊ qñdo fit augmētatio est noua pars eiusdem ratiōis addita realiter distincta a prima parte faciens cū ꝑma vnā formā numero sicut due partes aque faciunt vnā aquā. ⁊ sic deinceps ⁊ ꝙ talis modus sit possibilis. ꝓbatur: qꝛ si non sic aut hoc ē ꝗa repugnat illis partibus facere per se vnū: aut quia forma non potest recipere magis ⁊ min⁹ sine extensione: aut quia repugnat plurib⁹ formis accidentalibus informare idem subiectū si sint eiusdem speciei nō apparet plura impedientia istū modū ponendi: sed primū non impedit: quia partes eiusdē rationis possunt facere vnā qualitatē, ptꝫ de albedine. alit̄ lignū habens superficiē non posset esse albū vna albedie. cuius oppositū dicit̄: similiter due partes aque distincte faciunt vnā aquā. Nec secūdū impedit: quia nō repugnat plus qualitati suscipere magis ⁊ minus nec habere plures ꝑtes sine extensiōe ꝙ forme substātiali sine materie: sed deus potest conseruare materiā ⁊ formā sine ꝗtitate et oīm extensione. ⁊ tamē tūc habent partes realiter distinctas licet nō extensas. igitur eodē modo potest qualitas habere plures partes sine oi extensione. Nec tertiū impedit: quia non repugnat formis accidentalibus non facientibus per se vnū informare idem subiectū que sint eiusdem rationis igitur nec repugnat formis accidentalib⁹ eiusdem rationis facientibus per se vnū informare idē subiectū. ꝯsequētia ptꝫ de se. āteceđens ꝓbatur: qꝛ accipio aliquē hoīem diligentē duos homies duobus actibus diligendi. ex istis duobus actibus generant̄ duo habitus inclinantes ad dilectōem vtriusqꝫ. ⁊ ꝙ sint duo patet sic: qꝛ pōt perdere inclinationem ad diligendum vnum stante inclinatione ad diligenduz alium ⁊ intense diligere vnū ⁊ odire aliū. igit̄ habitus īclināns ad vnā dilectōez ⁊ aliā ē ali⁹ ⁊ aliud qꝛ possunt separari sit̄ in itellectu possunt esse duo bitus iñclināntes ad intelligēdū

D
ctrina auct.

E

duos hoies. ⁊ probatur sicut prius per separatōnē: sed isti duo habitus in intellectu sunt eiusdem rationis: ⁊ illi duo simr in voluntate: quia potētia est eiusdē rationis respectu vtriusq; ⁊ obiecta simr. igitur de facto sunt ⁊ possunt esse duo accidentia absoluta perficientia idē subiectū igitur ⁊c. Itez aliter non pōt saluari modus augmentatiōis nec cōtinuitas in motu sine tali additione: q: si sit augmētatio ⁊ pars prior nō corrūpatur: oportet necessario q̄ p illā augmētatōem aliq̄d adueniat de nouo faciens vnuz cū priori: aut igitur illud adueniēs est eiusdez rationis cū priori: aut alterius si sit eiusdē rationis ⁊ in eadē specie cū priori aut p se aut p accidēs. si p se sicut pars aque est eadez in specie cū tota aqua habetur ppositū. si per reductiōez tunc est essentiale speciei ⁊ tūc est actus vel potentia qd̄ nullus ponit. si sit alterius rōnis: ⁊ in alia specie p se. tūc per illud nō est augmētatō q: indiuiduū speciei vnius nō augetur p indiuiduū alterius speciei sicut patet. igitur ⁊c. Ad ratōes aliarū opinionū.

E Ad primā rationū q̄ hic solūmō tanguntur

Ad primā de autore sex pncipiorū. dico q̄ intelligenda est q̄ forma coexistit in essentia inuariabili: q: cū carentia partiū alterius rationis sicut est cōpositū i genere substātie: nō tamē carentia partiū eiusdē rōnis: q: hoc est cōtra sensum. patz de albedine in diuersis partibus.

Ad scdam

Ad aliud de. viij. metaphisice q̄ forme sunt sicut nūeri. dico q̄ sic intelligit qn̄ aliquid subtrahitur aut additur qd̄ non est oio simile sed dissimile: tūc p variatiōem siue appositōem est variatio specifica. Aliter dico q̄ phs loquitur de illis q̄ ingrediūtur diffinitōnes sicut cōmētator ponit exēplū de nūeris ⁊ differētijs additis in diffinitōe. ⁊ qn̄ est additio vel subtractio taliū tūc variatur diffinitio: sed illud nō est ad ppositū: q: loq̄mur de formis significātibus, verbi grā: si vna pars additur alteri nō ei qn̄ vna pars aq̄ additur alteri variatur spēs aque Et qn̄ dicit porphirius dicit q̄ differētie nō suscipiunt magis ⁊ minus ⁊c. dico q̄ differētie substantiales nō suscipiunt magis ⁊ minus: sed hoc est spāle q̄litatibus q̄ p additōez possint suscipe magis ⁊ minus ⁊ q̄titati: sed nō conuenit dīe substātiali.

Ad tertiam

Ad aliud qn̄ dicitur differētia formarū est formalis: ⁊ differētia formalis est specifica dico q̄ quedā differētia formalis est specifica ⁊ q̄dā nō. qn̄ enim differētia vnius est dissilia differētie alterius: tūc in illis differētia formalis est specifica. sicut pz de boue ⁊ asino. sed qn̄ est silis ⁊ nō dissilis: tūc differētia formalis nō est specifica. sic est i pposito. igitur ⁊c.

G Ad quartā

Ad aliud qn̄ arguitur q̄ diffinitio spēi equaliter se hz ad oia indiuidua: q: exprimit totā essentiā cuiuslibz indiuidui. qd̄ nō est verū si esset talis maioritas perfectōis. Dico q̄ diffinitio spēi nō est vna res ex aiam: sed est vnū cōpositū ex diuersis cōceptibus ⁊ illud equaliter respicit oia indiuidua: q: a quolibet simpliciter siue sit pfectius siue ipfectius pōt diffinitio equaliter abstrahi. vnde argumētū si pcludit: pbat q̄ vna pars aque nō pōt addi alteri nec ignis igni q̄ oia sunt falsa.

D Ad quintū

Ad aliud qn̄ arguitur q̄ tunc ille gradus additus erit accidētalis q: est extra spēm: dico q̄ gradus est vnius idiuidui ⁊ respicit illā spēm sicut sortes hoiez vel sicut cōceptum spēi ⁊ sicut cōceptus hois pōt esse sine sorte sic cōceptus albedinis pōt esse sine illo gradu. vnde nec albedo a parte rei: nec ingredo est de essentia rei. Ad aliud qn̄ dicitur q̄ quāto forma est simplicior tāto est pfectior. igitur p oppositū q̄to cōpositior tanto imperfectior. dico q̄ assumptū est falsum: q: aliter sequitur q̄ medietas albedinis est pfectior tota albedine: q: pauciores partes hz. qd̄ est falsuz q: oē totū est maius ⁊ perfectius sua parte. simr aliter materia esset perfectior cōposito ex materia ⁊ forma: ideo assumptū est falsum.

I Ad sextum

Ad aliud qn̄ arguitur aut distinguitur sm spēm aut sm numeruz. non sm spēm: q: sic essent due caritates distincte in aia specie. nec sm numeruz. q: talis nō est nisi penes distinctionē subiectorū. Dico q̄ distinguntur numero nō sicut duo tota distincta loco ⁊ situ: sed sicut due partes facientes per se vnū. Et qn̄ dr̄ q̄ non possunt eē plures caritates in eadē aia: falsum est de caritatibus facientibus per se vnū: ⁊ etiā de nō facientibus per se vnū sicut post patebit. Si dicis q̄ accidens nō indiuiduatur nisi per subiectū. dico q̄ hoc falsum est: nec est hec ppositō phi: sed intelligit q̄ qn̄ sunt aliqua alia accidētia nata facere p se vnū. tunc si sint in vno subiecto faciūt per se vnū naturaliter loquendo: sed per potētiā diuinā aliter pōt fieri: sed duo accidentia tota nō nata facere per se vnū non possunt naturaliter existere in eodez subiecto.

K Ad septimū

Ad aliud quando dicitur q̄ ex duobus in actu non potest fieri vnum. verū est de duobus alterius rationis quorū vnū non est in potentia respectu alterius: sed ex duobus i actu que sunt eiusdem rationis bene potest fieri vnum

Primū dubiū

Contra predicta sunt aliqua dubia. primum est de hoc qd̄ dicitur q̄ non potest fieri variatio in denoīatione forme nec radicatione nisi sit variatio in subiecto vel in forma. Contra sola forma magis radicatur in subiecto ex lōga pmanentia in subiecto ⁊ difficilius amouetur. ⁊ tamē nō est variatio in subiecto nec in forma. igitur ⁊c.

Scdm dubiū

Scdm ē de hoc: q: augmentatio nō est sine nouo aduemēte: quia cōmentator quarto phisicorum capitulo de vacuo cōmento. lxxxv.

dicit ꝙ idem arcus potest habere maiorē cur-
uationē ⁊ minorē sine aliquo aduenie̅te qd
prius non fuerat. igitur eodē modo augmen-
tatio. ⁊ hoc ibi dicit plane cōmentator. Item
s̄m illam viam augmentatio non distingui-
tur a generatione: quia in vtraq̄ est productio
forme de nouo qd est ꝯ phm̄. *Tertiū dubiū* Tertiū est. q2 vi-
det ꝙ fiat additio ꝑ formā eiusdē rōis: q2 quā-
to forma est purior ⁊ actualior tāto est simpli-
cior: igit̄ si oēs ptes sint eiusdē rōis tūc erit for-
ma simplex. Itē dato ista forma intēsa nō h3
vnitatē nisi aceruí ⁊ essent plures grē i aīa sic
rami i stipite. *2 alia opinio* Propter ista ⁊ aīa alia est alia
opinio opposita opinioni quā teneo tm̄ i voce
s̄ eādē tenet in re. ⁊ dicit predicta opinio ꝙ in
augmētatiōe nō est additio forme ad formā: s̄
est additio eiusdē realitatis ad formā q̄ nō est
integra vl̄ ꝑcisibilis a realitate ꝑcedente nec
est ꝑ se factibilis ꝑ potentiā diuinā nec intelli-
gibilis ꝑ se nec ꝑticipat denotatōem forme ni-
si ꝑ reductōem sicut nō est intelligibilis ꝑ se: s̄
cointelligibilis eū ꝑcedēte: nec est existibilis ꝑ
se s̄ coexistēs. nec est entitas s̄ coentitas. ⁊ di-
cit ꝙ intellect⁹ angelicus nō pōt distinguere
inter illā realitatē aduenientē ⁊ ꝑexistentem.
Probatio prima Pro ista opinione argui⁊ ꝑmo sic. ex cōditio-
nibus formarū nobis notarū deuenimus i co-
gnitōem formarū nobis ignotarū sicut ex au-
gmētatōe q̄titatis deuenim⁹ in augmētatio-
nē q̄litatis. nūc aūt sicut p3 de linea min⁹ cur-
ua fit maḡ curua. ⁊ nō adueniet aliq̄d nisi que-
dā realitas et coexistētialitas distīcta a priori
curuitate. sic̄ est de aere min⁹ raro ⁊ post maḡ
raro. igit̄ eodē mō est in augmētatōe forme cu-
iuslibet. *Secundo* Itē si pars adueniēs sit eiusdē rōis
cū pte precedēte: aut igit̄ iste forme se totis sūt
eedē aut sunt vnū cōmunitate aut vnitate ali-
cui. nō ꝑmo mō: q2 tunc in augmētatōne scd̄a
corrāpit̄: q2 nihil trāsit in idētitatē alteri⁹ ma-
nēte ꝓpria idētitate. ⁊ si s̄ tunc nō est vna for-
ma cōposita ex istis realitatibus. nec scd̄o mō
q2 tūc ille partes essent cōtinue ⁊ facerēt vnū
s̄m eoꝝ vltima. ⁊ sic caritas esset q̄ta habens
partē cōtinuatā pti: ⁊ ꝑ ꝯn̄s extēsa. *Tertio* Hoc p3
q2 omogenia nō faciūt ꝑ se vnū nisi vt sunt cō-
tinua. igit̄ ⁊c̄. *Quarto* Itē dato isto in q̄libet albedie
essent infinite albedines: quarū q̄libet ess3 di-
stincta realiter ab alia: q2 ꝑ motū acquirūt̄ in-
finite ptes. *Quinto* Itē si sic. aut ille ptes faciūt vnū
vnitate cōpositōis aut cōtinuitat̄ aut omoge-
neitatis: aut simplicitatis: aut aggregatiōis.
nō ꝑmo mō: q2 talis h3 ptes quarū vna est po-
tētia ⁊ alia actus: sic nō est i ꝓposito. nec scd̄a
modo: q2 tunc gratia eēt q̄ta ⁊ extensa. nec ter-
tio mō: q2 tunc ille ptes cōtinuarent̄ sicut par-
tes omogenei. nec quarto mō: q2 tunc nō disti-
guerent̄. nec q̄nto: q2 tunc caritas nō esset nisi
aceruus multarū caritatū. *Quartū dubium* Quartū dubium
est de hoc qd dicit̄ ꝙ oīa indiuidua eiusdē ra-
tionis sunt silia. Ex isto sequit̄ ꝙ vnū non ē ꝑ-
fectius alio: nec caritas in gradu posterior est
perfectior caritate in gradu prior: qd falsū est
Secundo Itē s̄m istā viā forma substātialis recipit ma-
gis ⁊ minus: q2 sicut forma accidentalis hab3
plures partes facientes ꝑ se vnū indiuiduum
eiusdē rationis eodē modo forma substātialis
patet de sensitiua ⁊ qualibet forma extensa in
materia. qd est cōtra phm in ꝑdicamētis. *Quintū dubium* Quin-
tū dubiū esse potest de augmētatōe q̄ sit in ra-
refactione ⁊ cōdensatōe. *Secundo* Itē si sic. q̄ augmen-
tatio aiatoꝝ non distingui⁊ ab inaiatoru3 au-
gmētatione: q2 eodē modo per oīa pōt ignis.
⁊ sic alia elementa ⁊ forme accidētales auge-
ri sicut homo ⁊ planta qd est contra ph3 scd̄o
de aīa. *Ad pmū dubiū* Ad pmū dico ꝙ si nō sit variatio in
subiecto nec in forma nō erit maior radicatio
plus nūc ꝙ prius: tamē possibile est q̄n forma
perficit aliqd subiectū ⁊ post diu continetur:
ita ꝙ nō potest ita facilit̄ deleri post sicut an-
te potest saluare illā maiore radicatōem ꝑ mo-
tū localē solū: quia illud qd est imediatū subie-
ctū illius forme intimatur pluribus partibus
illius subiecti ꝙ prius. Exemplū de incausto
posito super pergamenū magis radicat̄ quan-
do diu fuit sup pergamenū ꝙ in principio: q2 a
magis intimat̄ eius partibus. ⁊ sic est ibi mo-
tus localis nouus ⁊ forte ibi generatur alia q̄-
litas insensibilis sicut nullus debet dubitare
quin sint multe qualitates vel q̄titates nō ca-
gnoscibiles a nobis nisi per effectus. ⁊ hoc pa-
sito patet ꝙ aliquid generatur de nouo cōser-
uatiui qd prius nō fuit: ⁊ ideo non potest nūc
amoueri sicut prius. Ad aliud de arcu de com-
mentatore patebit post. *Ad scd̄m* Ad aliud dico ꝙ in
augmentatōe substantie ⁊ qualitatis est ques-
dam generatio s̄m phm: tamen non simplici-
ter. quia non generatio substantie ⁊ similit̄ in
augmentatione forme substantialis est gene-
ratio non tamen simpliciter: quia tunc est sim-
pliciter in substantiis quādo generatur de no-
uo aliqd indiuiduū per se existens non faciēs
vnū cum alio. oppositū est in augmentatione
forme substantialis. *Ad tertium* Ad aliud dico ꝙ est fal-
sum ꝙ q̄to forma est purior ⁊ perfectior tanto
est simplicior. ideo assumptum est falsum. Ad
aliud de vnitate aceruí dico ꝙ idem argumē-
tum est per omnia de vna parte aque addita
alteri ⁊ similiter de igne vbi est vna materia
post vnionē partiū aque ⁊ vna forma nume-
ro et vna qualitas. et propter hoc dico ꝙ non

plus cōpetit partibus illis facere vnū sine extensione ꝙ cū extēsione. Et ideo predicta opinio tm̄ discordat ab opiniōe quā teneo scʒ opinio Iob tm̄ in voce ⁊ ꝯdicit sibiipsi: quia qn̄ dicit ꝙ nō est integra realitas aut intelligit ꝙ nō est vnū indiuiduū aliqd̄ siue totū nō faciens vnū cū forma priori: ꝗ est ꝑ se distinctū. ⁊ sic non discordat ab alia opinione: quia alia opinio nō pōt hoc: aut intelligit ꝙ nō est eiusdeʒ rōis cū forma priori faciēs vnū cū ea: ⁊ tūc ꝯdicit sibiipsi. ꝓbatur: quia oē cōpositū ex ptib⁹ realiter distinctis siue realib⁹ distictis aut cōponit̄ ex ptib⁹ eiusdē rōis aut alterius: ꝗ illud est vnū tale cōpositū post augmētatiōem. igit̄ ⁊c. si ille partes sint alterius rōis: tūc vna erit potentia ⁊ alia erit actus: ⁊ erit vna cōpositio sicut in genere substātie. qd̄ ipse negat. si eiusdē rōis igit̄ non discordat a priori opinione: quia qn̄ aliqd̄ cōponitur ex ptibus eiusdē rōis qlibet pars recipit ꝑdicatōem illius spēi sicut totū: sicut qlibʒ ps aq̄ est aqua ⁊ qlibet pars aq̄ est vnū idiuiduū existēs ꝑ se in gn̄e sicut tota. ⁊ ita est ꝑ se i gn̄e qn̄ est pars sicut qn̄ est ꝑ se. vn̄ dicere ꝙ est i genere ꝑ se qn̄ est ꝑ se ⁊ preductōeʒ qn̄ ē ps nihil valet: quia idē manens idē si semel sit in gn̄e ꝑ se semp dū manet est ꝑ se in gn̄e siue sit totū siue sit pars: quia esse ꝑ se in gn̄e nō est partē existere nec esse ꝑ se totūʒ quodd. i. ꝗ est esse illud a quo cōceptus gn̄is pōt abstrahi: ⁊ de quo pōt predicari ⁊ hoc pt saluari siue sit totū siue ps: ⁊ eodē mō de albedine. Si dicas ꝙ vnū indiuiduum ꝑ se in gn̄e nō pōt cōponi ex pluribus existētibus ꝑ se i gn̄e. Rn̄deo. verū est ex pluribus totaliter distinctis nō facientib⁹ ꝑ se vnū: ꝗ si faciant ꝑ se vnū ⁊ sint eiusdē rōis tunc est falsuʒ ⁊ ita pōt ꝯceptus gn̄is abstrahi ⁊ ꝑdicari de toto cōposito ex illis pluribus idiuiduis sicut de quolibet ꝑ se. Item ꝯ hoc qd̄ dicit ꝙ illa realitas adueniēs nō pōt fieri ꝑ se a deo: quia qn̄ aliq̄ sunt eiusdē rōis si vnū est factibile ꝑ se ꝑ potētiā diuinā ⁊ aliud: ꝗ iste realitates sunt huiōi: ⁊ ꝓma est factibilis ꝑ se sine alia. tū ꝑ deū ꝗ nō ꝑ naturā. igit̄ deus pōt facere scd̄am sine prima. Itē illa realitas adueniēs pt eē ꝑfectior i duplo ꝙ precedēs: quia pōt augeri in duplo. ⁊ ꝑ ꝯn̄s pōt illud additū hre partē duplicatam respectu forme ꝓcedentis: ⁊ sunt eiusdē rōis cuʒ ꝓcedenti. igit̄ si ꝓma q̄ est impfectior pōt ꝑ se esse sine scd̄a: multomagis scd̄a pōt esse sine prima. Itē qn̄ aliqua factibilia cōueniūt ⁊ differunt equalit̄ inter se si vnū est factibile ꝑ se et aliud: ꝗ sic est de ista realitate respectu ꝓcedētis: quia equaliter ꝯueniūt ⁊ differūt ⁊ prima est factibilis sine scd̄a igit̄ eodē modo ecōuerso. Itē ꝯ hoc qd̄ dicit ꝙ ista realitas non est intelligibilis ꝑ se: ꝗ cointelligibilis: quia qn̄ aliq̄ sunt eiusdē rōis si vnū est intelligibile intuitiue et reliquū: ꝗ realitas adueniēs ⁊ precedens sunt huiōi ⁊ ꝓcedens pōt intelligi intuitiue: quia angelus pōt intelligere caritatē ꝓexistentē intuitiue. ⁊ silr hō pōt intelligere albedinē generatā de nouo intuitiue igit̄ ⁊ eodē mō ⁊ aliā additā. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō est cointelligibilis ꝗ per se intelligibilis. Itē ꝯ hoc qd̄ ponit ꝙ realitas adueniēs est ipcisibilis a precedēte: ⁊ ideo non pōt intelligi ꝗ cointelligi: quia accn̄s pōt intelligi intuitiue sine subiecto: quia pt separari a subiecto ptʒ in eucharistia: ⁊ sicut intelligit̄ intuitiue sine subiecto: eodeʒ mō realitas adueniens pt intelligi sine ꝓcedente. Iteʒ vnūqdq̄ sicut se hʒ ad entitatē: ita ad intellectōem: ꝗ hec realitas est entitas distincta absoluta realiter a ꝓcedenti: ptʒ quia hec realitas nō est illa nūc semꝑ posita cōstantia. seq̄tur hoc non est h. ꝗ hoc distinguit̄ ab hoc. igit̄ pōt sic intelligi. Itē non min⁹ repugnat entitati distincte intelligi ab intellectu ꝙ videri ab oculo corporali: quia quicqd̄ pōt potētia inferior ⁊ superior: ꝗ oculus corporalis pōt videre albedinē nō videndo substantiam nisi ꝑ accidens sicut dyane filius videt̄ ꝑ accn̄s: quia est subiectū illius qd̄ videt̄ ꝑ se. Ūn̄ si albedo esset in q̄titate sine sustātia sicut i eucharistia adhuc pōt videri oculo corporali quare igit̄ nō pōt intelligi sine subiecto. Iteʒ ipcisibilitas nō ipedit q̄n vnū pt itelligi sine alio: aut econuerso. quia si sic hoc nō esset nisi q̄a illa realitas vnū sunt cū precedēte in forma extensa sicut in nō extensa puta in albedine: sed nō obstāte tali vnitate ⁊ idētitate pōt vna ps albedinis in vna pte supficiei intuitiue intelligi ab intellectu nostro nō intellecta alia pte sicut ptʒ ad sensum. igit̄ eodē mō non obstāte illa ipcisibilitate in forma non extēsa puta in caritate pt intellectus angelicus intelligere vnā partē aduenientē nō intelligēdo ꝓcedentē. Ideo teneo opinionē quā ꝓus tenui quaʒ iste tenet lʒ eā improbet ꝙ sunt due realitates eiusdē rōnis facientes ꝑ se vnū quarū vna pōt ꝑ se esse ⁊ intelligi sine altera ⁊c. Si dicas ꝙ ista distictio nō itelligit̄ nisi ꝑ argumētatōeʒ dico ꝙ lʒ de facto non pt ꝑcipi nec discerni distinctio illarū realitatū nisi ꝑ argumētatiōeʒ: tū de⁹ pt facere ꝙ vna realitas intuitiue videatur sine alia. Ad rōem alteri⁹ opinionis ad primā de. iiij. phisicoꝝ. caplo de vacuo dico ꝙ q̄tū ad aliqd̄ est silr de augmētatiōe qualitatꝭ ⁊ q̄titatis: ⁊ q̄tum ad aliud est dissilr̄ dissilr̄ ē in hoc: quia naturaliter ꝑ augmētatōnem pn̄t due partes q̄titatis pficere subiectū oīo idē siue ille partes sint extēse sicut albedo siue nō: sicut

D
Resolutio dñi

P
Ad primā rōnē alteri⁹ opinio

charitas. sed plures ptes q̄titatis nō possunt pficere idē subiectū: oīno naturalr̄ dico: licet per potentiā diuinā possent: ß in hoc est simile ßm intellectū ɔmētatoris. ꝙ sicut in augmētatiōe q̄titatis aīatoꝝ vel inaīatoꝝ nō adueniūt qualitates siue q̄titates extrinsece ꝑmo existentes p se ⁊ post addite alteri q̄titati. sed q̄titas que ꝑus fuit in potētia nūc est in actu faciēs vnū cū pcedente. sic est in augmētatōe qualitatis ꝙ nō aduenit calor extrinsecꝰ ꝑmo existēs per se ⁊ post additus alteri. ß calor qui ꝑus fuit in potētia nūc est in actu et facit vnū cū precedēte. Uñ in augmētatione aīatoꝝ: licet materia ꝑexistens vniatur materie rei augmentande. tñ forma substātialis generaꝛ de nouo ⁊ nō q̄titas. similr̄ ⁊ eodez modo in augmētatione elemētoꝝ. Uñ dicit ɔmētator. q̄rto phisicoꝝ caplo de vacuo ɔmēto. lxxxiij. sic. Sicut dicimꝰ ꝙ materia venit de hac caliditate determīata ad maiorē caliditatē nullis ptibus calidis in actu aduenientibus. sez corporibus calidis. ß trāsferꝛ ad maiorē calorē ex intēsione ipius q̄litatis. Silr̄ materia trāsferꝛ de minori q̄titate in maiorē: nulla q̄titate in actu adueniēte. ⁊ post dicamus ꝙ additio caloris agētis in calorē nō est ßm additionē partis in toto ⁊ vlr̄ ptis materie in materiā. ß ßm additionez agētis in patiēs. s. qñ calor agētis vigorabiꝛ crescet calor patiētis. nō ßz additionē ptiuz aliaꝝ extrinsecatū: cū ad passionē nō trāsferatur aliqua pars a volūtate agēte. Ex istis ptz. ꝙ cōmentator est pro me. Si dicas ꝙ generatio nō largiꝛ multitudinē ⁊c̄. Dico verū est. quia eadē pars qualitatis ⁊ q̄titatis que prius fuit in potētia nūc est in actu. sed cū hoc stat ꝙ facit vnū cū precedēte. Et eodē modo dico ad illud de maiori curuitate in libra vel arcu. ⁊ sic pōt dici ad oēs auctoritates cōmētatoris. Ad aliud dico. ꝙ illud argumētū

Ad secūdum

equalr̄ cōcludit cōtra eū sicut cōtra me: et reducatur ɔtra eū eo modo quo facit argumētū ꝙ nō sunt idē ßm se totū inter se nec vnū sicut materia ⁊ forma. sic dico ꝙ eo mō quo faciunt vnū se totis faciūt vnū: sicut materia ⁊ forma se totis ɔcurrūt ad faciendū vnū ⁊ idem. Uñ nō faciūt vnū cōtinuatiue. qꝛ ɔtinuatio notat distinctionē ßm situ ⁊ locū qualis est in pposito. Si dicas ꝙ caritas est q̄titas ßm te. qꝛ. v. metha. q̄tum est qđ est diuisile in plura eiusdem rōnis: quoꝝ quodlibet est hoc aliq̄d. ⁊ sic est de caritate per te. Dico ꝙ idē argumentū est cōtra te de realitatibꝰ tuis. iō dico ꝙ q̄titas pōt accipi large. et sic oē diuisibile in plura: quoꝝ q̄dlibet est indiuiduū aliq̄d illius speciei est q̄tum. ⁊ sic albedo ⁊ charitas est q̄ta. Alio modo capiꝛ stricte pro omi qđ diuidiꝛ in plura eiusdē rōnis: quoꝝ q̄dlibet est aliq̄d indiuiduū distinctū loco ⁊ situ ßm naturā suā. et sic charitas nec albedo ē q̄titas seu q̄ta. Ad

Ad tertium

aliđ de omogeniis nego assumptū. qꝛ ptes forme substātialis et similr̄ materie sunt eiusdez rōnis ⁊ pñt fieri sine oī extēsione: saltē p potētiā diuinā: ⁊ facere vnū p se sine omni ɔtinuatione. Ad aliud de infinitate vnꝰ albedinis

Ad quartū.

in vna albedine illud est cōtra seipm̄ ⁊ contra oñes. Unde dico ꝙ sunt infinite sic ꝙ nō tot q̄n plures q̄ tñ se totis faciunt vnū. Ad aliud

Ad quintam

qñ queriꝛ de vnitate illius forme idē argumētū p oia est cōtra te. iō dico ꝙ ille ptes faciunt vnuz vnitate omogeneitaꝶ sic due ptes aque qꝛ totū. ⁊ per ɔñs sunt eiusdē rōis ⁊ ptes vniūtur in toto: sicut materia et forma in cōposito. ꝑpter qđ in illis vnuz nō habet rōem potētie et aliud actus sicut in cōposito de genere substātie. Ad aliud dico ꝙ īdiuidua eiusdē rōis

Ad q̄ntū dubiu.

sūt sīllima: tñ aliqua magis ꝑprie q̄ alia. Nā aliqua sunt induidua eiusdē rōis q̄ nō pñt facere vnū indiuiduū: sicut due aie ⁊ duo angeli aliqua sunt idiuidua que bene pñt facere vnū sicut due aque duo alba. Indiuidua primi modi sunt sīllima equalr̄: ⁊ in illis nihil pt̄ esse simile vni: q̄n sit simile alteri. sicut ptz de duabꝰ aīabus intellectiuis ⁊ a talibus sicut priꝰ dixi cōceptus abstractus equalr̄ respicit vnū indiuiduū ⁊ aliud. sed loquēdo de īdiuiduis scḋi modi. tūc pōt vnū indiuiduū eē pfectius alio. ⁊ ita nō sunt sīllima: ita ꝙ sint eque pfecta. sed sic sunt sīllima ꝙ nō pōt aliq̄d accipi i vno cui nō est aliq̄d eiusdē rōis cū illo sīllimuz in altero. Uñ licet vna albedo sit pfectior alia. tñ albedo pfectior pōt diuidi i illa plura: quoꝝ q̄dlibet est sīllimuz albedini impfecte. Et hec silitudo vel ꝑma necessario requiriꝛ ad hoc ꝙ aliqua sint eiusdē rōnis. et iō indiuidua in quibꝰ sunt aliqua sīllima essentialr̄ ⁊ aliqua dissīlia nō sunt eiusdē spēi. puta in homine ⁊ asino est materia eiusdē rōnis. ß forme sunt dissimiles. igiꝛ ⁊c̄. Ad aliud dico. ꝙ substantia nō suscipit magis ⁊ minus sicut qualitas. qꝛ licet habeat multas ptes eiusdē rōnis. tñ naturaliter non habet multas ptes nisi loco ⁊ situ distinctas. qualitas vero pōt recipere magis et minus. quia eius ptes nō distinguūtur loco ⁊ situ

R
Pro scḋo dicitur

quia possunt esse in eadē pte oīno. iō possunt recipere magis ⁊ minꝰ. nō aūt substātia. Ad

S
Pro tertio

aliud dico de raro ⁊ denso qđ potest dici sicut prius dictū est de augmētatione q̄titatis ⁊ q̄litatis. sez ꝙ in rarefactione maneāt oēs ptes substātiales eedē que prius fuerunt. sed ptes q̄titatꝶ adueniunt de nouo remanēte q̄titate

precedente.nõ q̃dẽ ab extrinseco sed ab intrinseco:q2 quãtitates q̃ prius fuerũt in potentia modo facta rarefactõe sunt in actu.eodẽ modo quando de denso fit rarũ.perdunť ⁊ corrũpuntur alique partes quãtitatis q̃ prius fuerũt in raro.sed partes substantiales remanẽt eedeꝫ q̃ prius. Hec r̃nsio est impossibilis: q2 accipio aerẽ vnius pedis ⁊ rarefiat nunc totũ istud corpus suppono tũc duo vnũ est ꝙ due q̃titates nõ possunt pficere naturaliter eadẽ partẽ corporis siue idẽ subiectũ. Aliud ẽ ꝙ q̃libet pars rari est rara:⁊ q̃libet pars densi est densa.ex q̃ sunt corpora omogenia:tũc sic.per te in rarefactione aeris manet materia eadẽ ⁊ forma substantialis eadẽ ⁊ quãtitas q̃ prius fuit manet eadẽ.sed recipit tunc nouos gradus quãtitatis.quero tũc de illa parte quãtitatis aduenientede nouo in quo recipiť subiectiue aut in aere aut in aliquo alio.nõ scdo mõ: q2 tunc nõ fieret rarior aer. Si in aere:tũc materia illa recipiens illã q̃titatẽ de nouo fuit prius informata alia q̃titate p̃existente aut non.si sic ⁊ p te illa q̃titas nõ corrũpitur i aduẽtu noue. igitur illa pars fuit informata sil' duabus q̃titatibus:q2 q̃titate preexistẽte ⁊ aduenıẽte.qð ẽ cõtra vnũ suppositũ ⁊ cõtra veritatẽ. Si scdo modo:tunc sequunť duo incõueniẽtia. primũ ꝙ aliqua materia põt existere naturaliter sub forma sine q̃titate. scdm ꝙ non q̃libet pars rari est rara.⁊ per hoc ꝙ pars existẽs sub q̃titate recipit nouã q̃titatẽ nõ recipit pars alia informata q̃titate p̃existẽte aliq̃d nouũ:nec deꝑdit.igiť illa pars nõ est rarior q̃ prius. Eodẽ modo arguo de denso si fiat de raro.si ꝑ ꝯdẽsatõem nihil aliud fiat nisi ꝙ corrũpitur aliqua ps q̃titatꝭ p̃existẽtis:q̃ro de materia i ista q̃titate formata.aut remanet pꝰ corruptõeꝫ dicte q̃titatis sine q̃titate.aut non.si sic:tunc sicut prius materia naturaliter manet sine q̃titate ⁊ silr alia pars informata q̃titate remanente nõ esset densior q̃ prius.⁊ sic nulla pars densi esset densa. Si scdo modo:tũc q̃titas trãsiret de subiecto in subiectũ:q2 q̃titas noua nõ inducıť ꝑ te:igitur illa pars de nouo remanẽs perficit illã partẽ materie prius informataꝫ ꝑ q̃titatẽ iam corruptã. Ideo aliter p̃t dici vno modo ponendo q̃titatẽ distinctã realiť a substantia ⁊ q̃litate. Alio modo negãdo q̃titateꝫ esse rem distinctã a predictis.primo modo sic. ꝙ quãdo de raro fit densum vel ecõtra tota q̃titas preexistens corrũpitur ⁊ vna noua totaliter generatur:puta quãdo de rara fit densuꝫ q̃titas maior que prefuit in raro corrumpitur ⁊ introducitur q̃titas noua.⁊ tunc illud corpꝰ dicitur dẽsius:quia habet partes forme ⁊ materie existẽtes sub minori q̃titate q̃ prius habuit.⁊ sic ptes densi ꝓpinquius iacẽt q̃ prius quia q̃to existũt sub minori q̃titate: tanto magis appropinquãt et ecõuerso.qñ de denso fit raruꝫ corrũpitur tota q̃titas p̃cedẽs in denso ⁊ induciť in eadeꝫ materia oĩno quãtitas maior.⁊ tũc illud diciť raruꝫ.quia habet ptes materie ⁊ forme existẽtes nũc sub maiori quãtitate q̃ prius.⁊ ideo illud est rarũ cuiꝰ ptes multũ distãt: nõ ꝙ ptes quãtitatis plus vel minꝰ distant in raro q̃ in denso:nec ecõtra. nec ꝙ partes quãtitatis sunt spissiores in denso ⁊ rariores in raro.sed ꝙ ptes substãtiales materie et forme existũt sub minore quãtitate in corpore denso ⁊ sub maiori in corpore raro. Si queris a quo corrũpitur quãtitas:nõ per cõtrariũ.q2 quãtitas rari ⁊ densi nõ ꝯtrariãtur:nec ꝑ subiectũ.quia subiectũ semꝑ est ideꝫ. Respõsio. dico ꝙ corrũpitur ab inducẽte aliã quãtitatẽ q̃equid sit illud siue substãtia siue quãtitas in tali agẽte. et necessitas corruptiõis est ꝓpter incõpossibilitatẽ duarũ quãtitatũ in eadẽ materia naturaliter. licet forte nõ sint incõpossibiles de potẽtia dei. Aliter põt dici negãdo qualitatẽ tanq̃ reꝫ distinctã a substãtia ⁊ qualitate.⁊ põt dici ꝙ materia habet ꝓpriã extẽsioneꝫ nõ differentẽ ab ea aliquo mõ ⁊ forma silr ⁊ tũc ꝙ corpus diciť rarũ:qñ iste due ptes materie ⁊ forme coexistunt maiori loco:⁊ densum qñ eedẽ ptes coexistũt minori loco.ita ꝙ i corpore dẽso qñ fit rarũ nihil positiuũ recipiť.sed est corpus talis nature ꝙ ad p̃sentiã alicuius agẽtis rarefacientis possunt ptes tã materie q̃ forme coexistere maiori loco siue corpori circũstanti.⁊ densum est talis nature.ꝙ ad p̃sentiã alicuiꝰ agẽtis ptes eius nate sunt coexistere minori loco:⁊ possunt post coexistere maiori sine quocũq3 positiuo in eo recepto vel deꝑdito. Sed hec est difficultas cõis omi motui locali. q2 in motu locali corpus motũ nihil absolutũ sibi inherẽs acquirit.⁊ sic est i ꝓposito. q2 qñ ptes coexistunt maiori loco nõ possunt eedẽ coexistere mĩori sine motu locali nec ecõtra.⁊ ideo sicut motꝰ localis põt esse in aliquo sine omi nouo absoluto inherẽte.ita iste motꝰ in ꝓposito. Sed dubiũ est si materia habeat ꝓpriã extensionẽ ⁊ formã. quomõ iste extẽsiones possunt esse simul in eodẽ:⁊ si iste possunt quare nõ queecũq3 alie. puta duo ligna siue extẽsiones duoꝝ hominũ esse simul. R̃ndeo.alique extẽsiones sunt nate facere vnũ ꝑ se:⁊ alique nõ.ille de p̃mo possunt simul existere in eodẽ:cuiusmodi sunt materia ⁊ forma q̃ sunt de scdo mõ nõ p̃nt cuiusmõi sunt ꝯposita pfecta:vt hõ asinꝰ ⁊c̃. Ad aliud dico.ꝙ maior est

T Pro scdo [illegible] dubij

dependētia partiū in augmētatiōe aiatoꝝ ꝙ̄ i aiatoꝝ. nā īaiata sic augmētant̄ ꝙ nulla ps depēdet ab alia i essendo quin si eēt sepata pt manere sic qñ est vnita. Exēplū de igne. ignis enim sic augeť ꝙ ps augmētans si separeť: ita ē ignis sicut qñ est in toto: ⁊ ita diu pōt manere ꝭ in augmētatiōe aiatoꝝ est maior depēdentia: q2 ps sepata a toto iā nō est eiusdē rōnis cū se ipsa qñ fuit vnita: ꝭ est alteri⁹ spēi. Exēplū. manus abscisa nō est eiusdē spēi cū manu in hoīe ⁊ ħ pt esse diā ⁊ multe alie ⁊c̄. Questio. vij.

Questio VII

Trum sit ponere

v statū in formis. Et dicit̄ a multis ꝙ sic: q2 xp̄s habuit summā grāʒ factibilē a deo. Ista cōclusio ꝓbat̄ multipliciter.

Prima ratio primo sic accipiat̄ forma in aliquo gradu: puta in a: aut ḡ ascendēdo est dare grām vltra a in infinitū aut nō. si nō habet̄ ꝓpositum. si sic tūc erit dare aliā grām excedentē a in pfectione in infinitū. ꝓbat̄: q2 oēm pfectiōem pfectibilē a deo ꝙ̄ deus videt vnico actu pōt de⁹ facere in effectu: ꝭ data ypothesi deus videt aliquā grām excedentem in infinitū: q2 videt oē factibile vnico ītuitu. ḡ pōt facere aliā pfectiōē a in infinitum. ꝭ nihil est tale nisi solus ipe igiť ⁊c̄.

Secunda Itē ex isto tenet ratio phi. iij. phisicorū vbi dicit ꝙ ꝙ̄tū cōuenit esse in potētia tantū conuenit dare in actu: q2 itur ad formā. quere Iob.

Tertio Itē ħ est vera. deus tm̄ pōt creare ꝙ̄tuʒ post creare ponit̄ in esse. ⁊ tūc ħ erit vera deus creat ꝙ̄tuʒ pōt creare: ꝭ p te creare pōt infinitū ⁊c̄.

Quarta Itē. viij. phisicoꝝ motus rectus nō est ꝯtinuus in ifinitū: ꝭ tm̄ circularis.

Confirmatio Cuius ratio est: q2 motus rctūs hʒ terminū a quo ⁊ terminū⁹ ad quē inter quos nō pōt esse mot⁹ ifinitus: ꝭ augmētatio forme ē motus rctūs: q̄a nō reddit̄ sup aliquā partē preacceptā sicut i motu circulari. igiť.

Quinta Itē natura nō icipit mouere ad illud ad qδ non pt attingere: ꝭ data ypothesi nō pt attingere terminū mot⁹. igitur ⁊c̄.

Sexta Itē qñ est potentia ad aliqua plura ita ꝙ ad vnū semp mediāte alio ibi nō est status. pʒ in diuisiōe cōtinui vbi mediāte vna diuisiōe ē sp potētia ad aliā diuisionē. silr̄ i nūeris vbi mediāte minori nūero ē sp potētia ad maiorē. Sed qñ est potētia ad aliq̄ plura imediate: ⁊ nō mediātib⁹ alijs ibi est stat⁹. Exēplū. de⁹ pt imediate ꝙ̄titatē vnius pedis creare: vł mille quoꝝ nullū facit mediāte alio. ꝺ ibi est stat⁹. ꝭ in augmētatiōe forme est potētia i subiecto imediate ad quēlibet gradū. igiť ⁊c̄.

Septima Itē ꝓcessus habēs finē ⁊ cōplemētū nō est i ifinitū: ꝭ augmētatio est hmōi. igiť ⁊c̄.

Octava Itē cōmētator. iij. phisicoꝝ. ꝓcessus in ifinitū est ad potentiā nō ad actū. ꝭ iste ꝓcessus est ad actū.

Nona. Itē actus charitatis ne ētio est finitus. igiť ⁊ habit⁹. añs ꝓbatur. q2 ꝓcessus ad delectationeʒ in infinitū est ꝓcessus ad esse deū. ꝭ natura nō ꝓcedit ad esse deū. q2 nō conať ad ipossibile. igr̄ ⁊c̄.

Decima. Itē nullus ꝓcessus est possibilis ad aliquā formaʒ qua adepta esset illa forma extra spēm suā. sed posito illo actu infinito dilectiōis esset ex specie dilectiōis creature. igiť ⁊c̄. ⁊ hoc ptʒ: quia nullus actus pt esse infinitus.

Undecima. Itē nō tm̄ est de⁹ diligibilis a nobis ꝙ̄tum a se. ptʒ. ꝭ a se diligibilis est in infinitū. ergo a nobis tm̄ finite.

Itē oīs actus voluntatis est in ptāte nostra sed si voluntas pōt habere caritatē infinitā ⁊ actū dilectiōis infinitū: cū ille sit in ptāte ei⁹ sequiť ꝙ volūtas eius sit infinita. Scd̄m istā viā ptʒ. ꝙ aīa xp̄i habuit summā gratiā possibilē. ꝓbatur. q2 oē subiectū receptiuū accidētis ꝯtingētis habētis grad⁹: si nō determiat sibi certū gradūʒ pōt illud recipere accidēs ꝭm oēm gradū. sed aīa xp̄i est hmōi. igiť ⁊c̄. Itēʒ si actiuū est eiusdē rōis ⁊ passiuū: silr̄ si actiuū pōt agere in vnū passiuū ⁊ in q̄δlibet. Exēplū de calefactiuo ⁊ calefactibili. igr̄ si caritas aliqua pōt recipi in aīa xp̄i. ⁊ q̄libet maxime cuʒ sit status. Itē aliter xp̄s habuisset actus meritorios ⁊ meruisset charitatis augmētationē nō tm̄ quo ad nos: ꝭ in se. qδ est ꝯtra magistrū sniarum ⁊ oēs doctores scōs. Itē pro ꝑori ꝯclusione arguit̄ adhuc. q2 scd̄o de aīa oīm natura cōstantiū determinata est rō augmēti et magnitudinis. igiť in ꝓposito. Itē oēm pfectionē quā deus pōt facere successiue: pōt facere simul. ergo si pōt facere charitatē infinitā successiue p te: pōt facere simul. Assūptū ptʒ. q2 nō cadit impedimentū ex pte dei. q2 est oīpotens: nec ex pte recipiētis. q2 aīa xp̄i pōt recipe quēcunq3 gradū: nec ex pte charitatis certū est. igiť ⁊c̄. Itē deus cognoscit oēs res factibiles p ydeas. ḡ cognoscit charitatē infinitā factibilē ab eo per ydeas. ⁊ illa charitas sic cognita nō est finita p te. igr̄ de⁹ cognoscit aliq̄d esse finitū. qδ est fłm. Cōtra. ista argumēta ꝯcludūt tā de quātitate molis sicut virtutis. q2 reduco primū argumentū cōtra te eodē mō. ⁊ ꝯcludit̄. ꝙ deus pt facere ꝙ̄titatē ita magnā ꝙ nō pt facere maiorē. et p ꝯñs facere ignē ita magnū ꝙ nō pōt facere maiorē. q̄ oīa sunt absurda. Et suppono hic duo. Primū est ꝙ nō est dare aliqδ idiuiduū i aliq̄ spē: qn de⁹ pōt facere aliud eiusdē spēi. q2 ħ nō repugnat deo nec indiuiduo ꝙ ipo nō destructo ꝭ exñte de⁹ faciat aliud indiuiduū eiusdē spēi. Scd̄m est. ꝙ qñ aliq̄ plura sunt eiusdē rōis idē qδ est vni vnibile ē vnibile alteri eiusdē rōis. Itēʒ

bis suppositū, ꝓbo primā ꝓpositōem ꝙ nō mīo
ris potētie est de⁹ in augēdo ꝙ natura: ꝫ natu
ra pōt ꝓducere vnū īdiuiduū alio eiusdē rō-
nis nō destructo. igit̄ de⁹ pōt. ꝓbat̄ assumptū
posito ꝙ de⁹ ꝯtinuaret mot⁹ celestes in infini
tū: tūc pōt natura quolibet die vnū post aliū.
igit̄ deus ħ pōt. Si dicas ꝙ non pōt ꝓducere
scd̄m nō destructo ꝑmo. Cōtra. ħ nō esset nisi
q꞉ ꝑmū ꝓductū est summū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ipso exn̄te
nō pt̄ scd̄m ꝓduci: ꝫ istud non ipedit: q꞉ ex isto
sequit̄ ꝙ nullus hꝫ grām nisi aīa xp̄i. tenet: q̄a
hꝫ grām in sūmo ꝑ te. ⁊ ꝑ ꝯn̄s stāte illa nō pōt
q̄cunq꞉ alia ꝓduci. ħ est ꝯ oēs: q꞉ nō obstāte ꝙ
ꝑma forma sit in terio: adhuc pōt alia eiusdem
rōis ꝓduci ipā pmanēte. Sꝫ dicas ꝙ spēs nō
est multiplicabilis. ⁊ iō exn̄te vno īdiuiduo nō
pōt aliud fieri. Cōtra. illud est dcm̄ phi: vt ptꝫ
de corporib⁹ celestib⁹ vbi posuit tm̄ vnū ī vna
spē: ꝫ nō est dcm̄ alicui⁹ theologi: ꝫ hꝫ illō sim-
plicit̄ negare. Scd̄a ꝓpositio est ꝙ si sint duo
īdiuidua eiusdē rōnis si vnū est vnibile alicui
eiusdē rōnis ⁊ alterū esset vnibile eidē: q꞉ qn̄
aliq̄ plura eiusdē rōnis ꝯtinent̄ sub aliqua cor
pore q̄cq̄d cōpetit vni īdiuiduo pōt cōpetere
cōsilr̄ oīm īdiuiduo eiusdē rōnis: ⁊ qō forma-
liter repugnat vni repugnat oī. ptꝫ: si cm̄ cali-
dū nō repugnat vni hoī nec alii. iō si sint plu-
ra īdiuidua eiusdē rōis: ⁊ vnū est vnibile ali-
cui: aliud est vnibile eidē. Ex istis ptꝫ ꝙ deus
nō pōt facere tot īdiuidua eiusdē rōnis nata
facere vnū q̄n pōt facere plura ꝑuis existenti
bus puta q̄titates ignes. formas naturales ⁊
accidētales vel grās ꝫm primā suppositōem ⁊
ꝑ scd̄am q̄cq̄d est vnibile vni ⁊ alteri. igit̄ non
pōt tot aquas vnire q̄n plures. ⁊ ꝑ ꝯn̄s pōt fa
cere aliquā q̄titatē maiorē ai bata ⁊ aquam ⁊
ignē ⁊ oīa talia tā substātialia vnibilia ꝙ acci
dētalia. Itē accipio centū aquas ⁊ accipio ꝙ
illud sit summū qō pōt deus facere in illa spē
⁊ pōt illas aquas vnire. q̄ro tūc an pt̄ vnā aliā
patuā aquā aut nō ꝑ se dico si nō illō apparet
ꝯ fidē ⁊ ē dcm̄ phi: q꞉ phs pōt ꝙ tota materia
prima q̄ pōt creari creata est: iō deus ꝫm illum
nihil pōt plus facere sub materia ꝙ nūc sit fa-
ctū. ⁊ istud plane est ꝯ fidē. si sic: tūc illa pōt al
teri vniri ꝫm scd̄am suppositōeꝫ. ⁊ sicut argui
tur de ista ita arguit̄ de alia in infinitū. Iō di
co ꝙ nō est stat⁹ in augmētatōe forme. Distin
guo tm̄ de augmētatōe: q꞉ q̄dā est ꝫm extēsiōeꝫ
q̄dā ꝫm intēsionē. ꝑmo nō pōt forma tam sub
stantialis ꝙ accidētalis augmētari in īfinitū.
sicut ptꝫ de aqua ⁊ igne ⁊ alijs elemētis. ⁊ est
augmētatio ꝫm extēsionē qn̄ auget̄ forma vna
tm̄ in diuersis ptib⁹ materie. sicut qn̄ ignis au
get̄ sicut est augmētatio ⁊ additō forme ignis

B
Rñsio ad .q.

modo predicto. Ita est ibi noua additia noue
materie. ⁊ talis augmētatio est in aqua qn̄ ad
ditur aque ⁊ vocatur augmētatio ꝫm extensio
nē. Augmētatio intēsiua est qn̄ auget̄ forma ī
eadē pte materie sicut caritas in aīa ⁊ albedo
in eadē parte supficiei. Loq̄ndo de augmenta
tione intensiua pōt forma accidētalis habēs
plures partes eiusdē rōnis q̄tū est ex se auge-
ri in infinitū: licet forte sit impedimētū a par-
te subiecti: ꝫ ꝫm istam viam pōt dici ꝙ xp̄s ha
buit pfectissimā ⁊ summā gratiā de potentia
dei ordinata non absoluta: sicut ptꝫ ex dictis.
Si dicas ꝙ xp̄s nō recepit ad mensurā grām:
⁊ beata virgo fuit plena gratia: ⁊ stephan⁹ fuit
plenus gratia ⁊ fortitudine. Dico ꝙ iste no-
te plena ⁊c. aliqn̄ accipiunt̄ ꝓ sufficientia ali-
quādo ꝓ copia: aliqn̄ ꝓ plenitudine de dei po
tētia ordinata nō tm̄ absoluta. ⁊ sic in xp̄o fuit
plenitudo gratie: q꞉ quāta potuit esse de potē
tia dei ordinata. Cui tm̄ nō placet iste modus
dicēdi ꝓpter reuerentiā xp̄i pōt aliter dicere
ꝙ sicut subiectū determinat sibi certas quali-
tates ⁊ passiones quarū opposita nō possūt re
cipere mediante subiecto. sic q̄libet aīa ⁊ q̄li
bet subiectū determiat sibi certū gradū vltra
quē nō pōt aliū recipere pfectiōem stante na-
tura subiecti. Et tunc formā habere gradum
pōt dupliciṫ itelligi. vno mō in se ita ꝙ sibi re
pugnat habere graduꝫ vlteriorē. ⁊ sic natura
habens partes eiusdē rōnis non habet gradū
summū. Alio modo ꝙ habet summū ī tali sub-
iecto: q꞉ subiectū determinat sibi certū gradū
vltra quē nihil pōt recipere: sic pōt habere sū-
mū ita ꝙ de potētia sua absoluta nō pōt in ta-
li subiecto facere gradū vlteriorē: ꝫ pōt ī alio
subiecto. ⁊ sic pōt cōcedi ꝙ aīa xp̄i habuit tan
tā gratiā quantā deus potuit ei ꝯferre de po-
tentia sua absoluta: q꞉ tantā sibi cōtulit quan
tā recipere potuit. ⁊ sic habuit summā possibi
lem de potentia dei absoluta. ⁊ cū hoc scꝫ ꝙ es
set aliqō subiectū capax maioris grē q̄n deus
pōt sibi maiorē cōferre. ⁊ credo ꝙ nō est aliqō
subiectū sic informatū ꝑ qōcūq꞉ accn̄s augmē
tabile q̄n deus pōt illud accn̄s adhuc augere.

Ad rōnes in oppositū ad primā dico ꝙ ad ħ
ꝙ argumentū valeat opꝫ dare primū medium
⁊ vltimū. nūc aūt nō est dare vltimū gradum
creabilē nec in re nec in intellectu diuino vel
angelico: q꞉ vltra oēm gradū quē deus intelli
git pōt facere aliū: ⁊ aliū in infinitū quoꝝ qō-
libet intelligit. Et si esset dare vltimū graduꝫ
quē intelligit: tunc ꝓcederet rō ⁊ aliter nō. Ex
emplū phi ⁊ cōmētatoris. iij. phisicoꝝ q̄ dicūt
ꝙ diuisio ꝯtinui in infinitū ꝓcedit: ita oppo-
sitio ex alia parte ꝓcedit in infinitū. q꞉ si diui-

Obiectio.
C
Responsio

D

E
Ad primū oppositum.

datur linea i duas ptes medietates: ꝛ illa medietas in duas ꝛ addatur alteri medietati: nō est hic aliqua data in ista ꝓportiōe: qn adhuc est maior danda p diuisionē ex vna pte ꝛ appositionē ex alia. ꝛ tñ nō est aliq̄ ps data vel assignata q̄ distet a q̄libet pte data i infinitū. Aliter si tēpus duraret in infinitū: tūc vltra oēm hic datū esset dare aliū in infinitū. et tñ nō est dare aliquā distinctionē a quocūq3 dato in infinitū: imo nunq̄ p appositionē deueniet ad quantitatē p̄me medietatis cōdiuise. ꝛ multo magis non deueniet ad infinitā q̄titatē. Si dicis q̄cq̄d pōt de⁹ facere successiue simul vnico actu cognoscit. si igr̄ pōt facere caritatē in infinitū: tūc oēs gradus eius simul cognoscit. sed q̄cq̄d simul cognoscit: pōt simul in effectu facere. igit̄ ꝛc. Rn̄deo deus itelligit simul infinitas formas factibiles: s3 nō aliquā formā infinitā: q2 nulla est talis. ꝛ qn̄ dicit̄ q2 oēs formas factibiles q̄s itelligit pōt facere in actu. nego. sed oēm formā quā3 itelligit in actu pōt facere actu. q̄a nō intelligit aliquā nisi finitā. Vn̄ ista ratio tediosa est. tñ nō cōcludit. Ad aliud de t̄tio phisicoꝝ dico. q2 phs in hac materia errauerat. q̄a posuit q2 nō est dare q̄titatē maiorē celo. s3 s̄m fidē nostrā illud est falsū3 q̄a deus extra celū factū pōt aliud facere. ido auctoritates phi ꝛ cōmentatoris in hac materia sunt negāde. Ad aliud dico. q2 est sophisma. q2 p illud pōt ꝓbari. q2 de⁹ fecit tot q2 plura non pōt facere. hec est vera deus pōt tot facere quot pōt facere: ponat̄ ergo in esse. igit̄ h̄ erit vera deus facit tot quot pōt facere. ꝛ pt̄ ꝯn̄s nō pōt plura facere q̄ facit: qđ falsum est ideo dico. q2 si debeat poni in esse. tūc debet tam an̄s q̄ ꝯn̄s poni i esse: ꝛ alias nō debet poni in esse. ꝛ tā est idē dicere tm̄ pōt de⁹ facere q̄tu3 pōt facere: ꝛ tm̄ facit q̄tum facit. ꝛ hoc est verum. q2 an̄s poni in esse nō debet sine ꝯn̄te nec ecōuerso. iō nō cōcludit rō: licet sit apparens. Ad aliud de motu recto concedo. q2 s̄m itellectionē phi augmētatio nō ꝓcedit in infinitū: saltē intēsiua. ꝛ iō est a quolib3 fideli negādus. Vn̄ p potentiā diuinā motus rectus pōt cōtinuari in infinitū. ita q2 nūq̄ deueniret ad terminū. Ad ꝯfirmationē dico. q2 mot⁹ ꝯpletus ꝛ finitus est vt terminās in actu: s3 motus infinitus ꝛ rectus nō habet terminū ad quem in actu nec terminū vltimū. s3 augmētatio est hmōi. q2 durat vel saltē pōt durare in infinitū ꝛ iō nō hab3 vltimū terminū. Ad aliud dico q̄ verū est de motu quē3 natura pōt inchoare ꝛ terminare naturalit̄. nūc aūt licet augmētatio pōt inchoare naturaliter: nō tñ ꝯpleri siue terminari. q2 in q̄lib3 forma naturali est dādū

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad cōfirmatiōez

Ad quintum

certū gradū: vltra quē agens naturale nō pōt aliquē gradū in eodem susceptiuo inducere ꝛ aliquē vltra: quē deus nō pōt inducere ꝓpter defectū capacitatis subiecti sicut p̄us dictū3 est. sed in diuersis susceptiuis agēs naturale ꝛ supnaturale pn̄t vltra gradū inductū aliū gradū inducere: imo infinitos gradus vt videt̄. si cū essent infinita calefactibilia: et ignis oib⁹ essentialit̄ approximaret̄ causaret calorē in oib⁹: q2 qua rōne in vno ꝛ in quolibet. Ideo dico. q2 qn̄ natura incipit aliquē motū quē nata est terminare: tūc est verū dictū illud: alit̄ nō.

Sed q̄ dr̄a est int̄ augmentationē naturale3 ꝛ supnaturalē ex quo vtraq3 ꝓcedit in infinitū modo p̄dicto. Vn̄ in istis recurrēdū3 est ad illud qn̄ aliqua sunt cōpossibilia in eode3 quo ad agens naturale sunt compossibilia quo ad agēs supnaturale nec repugnāt iter se: sic duo q̄tra esse simul in eodē subiecto p naturā est icōpossibile respectu agentis naturalis: nō tñ supnaturalis. eodē modo due ptes forme sb̄ales nō ꝯpatiūtur se in eadē materia nō ꝓpter repugnantiā aliquā3: s3 q2 agēs naturale h̄ nō pōt facere. ꝛ sic est dr̄a augmentatiōis naturalis ꝛ supnaturalis. Rn̄deo duplex est forma. q2 aliq̄ forma est augmētatiua a deo in infinitū: ꝛ nullo mō ab agēte naturali puta forme ifuse vt caritas. ꝛ hoc in eodē susceptiuo vel diuersis. sed loquēdo de formis naturalib⁹ ꝛ de augmētatione extēsiua: pōt talis forma augeri in infinitū p agēs naturale sicut supnaturale. sicut p3 in exēplis p̄us positis. in hoc tñ est dr̄a q2 de⁹ pōt creare subiecta infinita vl' in infinitū capacia respectu talis forme: puta calefactibilia. s3 agēs naturale nō: sed loquēdo de augmētatione intēsiua ē dr̄a. q2 quodlib3 subiectū deт̄minatū determiat sibi naturalit̄ certū3 gradū formale: vltra quē nō pōt naturalit̄ aliū idē subiectum recipe: s3 nō deт̄minat sibi certū gradū: qn ab agēte supnaturali pōt aliū ꝛ aliū in infinitū recipe. licet p̄us s̄m vnū modū dicēdi ponat̄ oppositū ꝓpter reuerētiā xp̄i ꝛ pōt p idē dari dr̄a int̄ augmentationē aiatorum ꝛ inaiatoꝝ. q2 augmētatio aiatoꝝ nō deт̄minat sibi certū gradū forme: vltra quē nō pt extēsiue nec intēsiue. p3 de augmētatiōe hoīs licet p potentiā diuinā nō deт̄minat sibi certū gradū: vltra quē nō pōt s̄m extensionē. nō video: qn de⁹ pōt augmētare vnū hoīem q2 esset ita magnus sic celū vel maior. s3 naturalit̄ deт̄miat sibi certū gradū s̄3 doctrinā phi scđo de aīa oīm natura cōstantiū ꝛc. qđ intelligendā est si applicet̄ ad augmētationē naturalē aīatoꝝ. quia habēt certā augmentatiōe3 extēsiue ꝛ intensiue. q2 natura potest facere hoīem ita

G

H

volūtatis. Primū nō impedit. q2 vt videt̃ nō est maior cōnexio inter intellectū ⁊ volūtatē q̄tum ad diligibilia sup̄naturaliter: ꝙ q̄tum ad diligibilia naturalit̃. q2 sicut intellectu dictāte ꝙ oē delectabile est naturalit̃ diligendū nō pōt volūtas discordare a iudicio rōis p̄t c. quin volūtas velit illud indiciū. eodē modo intellectu dictāte: ꝙ deus sit diligēdus sup oīa nō pōt voluntas discordare. ita ꝙ in omnibus dicitur esse equalis connexio q̄tum ad vtraq3 diligibilia. sed nō obstāte scd̄a cōnexione pōt poni in volūtate habitus inclinās ad eliciēdū actus sup̄naturales. sicut patet de caritate infusa ⁊ acquisita. igit̃ ⁊c̄. Item nō est talis cōnexio inter intellectū ⁊ volūtatē: quin volūtas pōt in oppositū iudicati ab intellectu: aliter nō pōt peccare. Nec scd̄m impedit. tu3 q̄a voluntas nō plus determinat̃ respectu obiecti cuiuscunq3 ꝙ alia potētia respectu sui obiecti ꝓportionati: ſ nō obstāte q̄cunq3 ꝓportionabilitate respectu cuiuscūq3 obiecti alterius ad potentiā est habitus ponēdus in tali potētia. p3 de intellectu ⁊ appetitu sensitiuo. igit̃ ⁊c̄. Tū quia nō magis determinat̃ ad bonū: ꝙ si necessario sequeret̃ iudiciu3 rōnis: ſ tūc pōt habere habitū respectu cuiuscūq3 dictati. igit̃ ⁊c̄. Nec tertiū impedit. quia voluntas est ita libera respectu dei sicut respectu cuiuscūq3 alterius. sed respectu dei pōt habere habitū inclinantē ad diligendū deū ⁊ obediendū deo ⁊ odiendū deū. Ideo primo videndū est circa ista que sit necessitas ponēdi habitū diuersis potētijs. Circa qđ sciendū est ꝙ alia est ratio ponēdi habitū in potētia naturali siue actiua siue passiua: ⁊ alia in potētia libera. Et est maior necessitas in potētia naturali. puta in intellectu appetitu sensitiuo ⁊ potētia sensitiua apprehēsiua est ponēdus habitus. quia talia potētia de se est indifferens ad multos actus: in quorū vnū aliq̄n fertur determinate. ita ꝙ nō pōt in oppositū nec in alteriū nisi ꝓpter imperiū voluntatis: que est potentia superior. ⁊ aliquādo nō sic fertur determinate. ergo op3 necessario ꝙ in tali potētia derelinquat̃ aliquid inclinās ex actibus ad actus consimiles: ⁊ nō ad cōtrarios. Exemplū. pōt enī homo in appetitu sensitiuo frequēter elicere actū circa aliquod obiectū cū delectatione. ita ꝙ nisi refrenetur per volūtatē: nō pōt in actū cōtrariu3 plus ꝙ brutū in delectatiōe sua sensibili. sicut furiosus habēs habitū acquisitū prius quādo habuit vsum rationis ⁊ aliqđ oppositu3 delectabile. ⁊ hoc in parte sensitiua: nisi sit aliqua tristitia fortior eū vincēs. oportet enī existentē in furia ⁊ non habentē vsum rōnis necessario ferri in illud in qđ prius nō oportuit eū ꝓpter imperiū volūtatis. igitur est necesse ponere in tali potētia necessitata ad actu3 postq̄ pri⁹ nō fuit necessitata habitū inclinantē q̄ prius non ponebatur. eode3 modo intellectus pōt in tot actus elicere circa aliqđ obiectū qđ nō potest de se aliud obiectū apprehendere sine imperio volūtatis: ⁊ hoc necessario erit per habitū inclinantē. igitur ⁊c̄. In potentia aūt libera nō potest poni habitus ꝓpter istā causam: q2 q̄tūcunq3 inclinat̃ ad aliqđ oppositū pōt tamē de se ꝑ suā libertatē in actū oppositū. ideo potest ibi poni habitus: q2 q̄libet experitur in seipso: ⁊ post multos actus elicitos in volūtate circa aliquid facilius ⁊ intentius inclinatur ad eliciendū actus cōsimiles modo post multos tales actus ꝙ prius licet voluntas pōt elicere actū contrariū illi inclinationi ꝓpter libertatē suā: tamē hoc erit cū tristicia ⁊ cū difficultate. ⁊ sic prius ante tales non eliciebat talea: imo forte cū tanta delectatione potuit elicere vnū actū sicut aliū. Exemplū. posito ꝙ aliq̄s eliciebat multos actus diligendi vnum hoīem talis nō pōt illū hominem odire nisi cū tristicia: ⁊ post talē actū habet remorsum conscientie qui nō est aliud vt videt̃ nisi quedā tristicia derelicta in volūtate ex hoc ꝙ elicit actū aliquem contra inclinatōem acquisitā mediante recto dictamine ratōis: ⁊ ꝓpter istā inclinatōe3 faciliorē in actū intensiorē cū delectatiōe videt̃ ꝙ necessariū sit ponere habitum in volūtate ⁊ nō ꝓpter libertate3 aliquā nec propter aliam causam prius ꝯdatā. His igitur visis circa q̄stionē istā tenebo quattuor cōclusiones. Prima est ꝙ in appetitu sensitiuo est ponendus habitus inclinās ad actū. Scd̄a ꝙ ille habitus nō est ꝓprie virtus. Tertia ꝙ respectu oīm respectu quoꝝ ponitur habitus i parte sensitiua sit ponēdus habitus in voluntate. Quarta ꝙ solus habitus volūtatis est ꝓprie virtus. Prima ꝓbatur sic. potentia oīs q̄ post actus frequētatos pōt in cōsimiles ⁊ non in cōtrarios acquirit habitum inclinātem ad tales actus. appetitus sensitiuus est hmōi nisi sit per imperium voluntatis. Patet. nā aliq̄s pōt tātū habitū fortitudinis acquirere q2 facillime erit i tales actus ⁊ nō in contrariū nisi impediat voluntas. ⁊ per ꝯñs sequitur ꝙ aliquid ex actib⁹ derelinquitur ibi qđ prius non fuit ibi. Secunda probatur: quia habitus non est magis virtuosus ꝙ actus elicitus ab habitu. hoc patet: quia habitus non dicitur virtuosus nisi q̄dam denoīatione extrinseca: quatenus scilicet inclinat ad actū virtuosum qui proprie est virtuosus: sed actus quicunq3 talis non est prope

D

Probantur quattuor cōclusiones

E
Prima cōclusio probatur

F
Scd̄a conclusio

⁊ intrinsece virtus. hoc probatur: quia si hoc sic
sit hoc non esset nisi ꝓpter conformitatē ad re
ctam rationem: sed hoc non valet. tum quia a-
ctus cuiuslibet organi esset proprie virtuosus
quia potest conformiter elici recte rationi. et
per cōsequens in manu scriptoris in ore canto
ris ponerētur virtutes morales subiectiue: q̄a
ex talibus actibus frequēter elicitis potest ge
nerari habitus: ⁊ tamen nullus ponit virtu-
tes in talibus organis. tum quia brutū potest
dirigi in operationibus suis per aliquē habi-
tū rectū sicut appetitus: ⁊ tamē nullus ponit
virtutes i bruto. Si dicas ꝙ habitus ⁊ actus
virtuosus ⁊ recta ratio sunt eiusdem supposi-
ti: certe illud nō sufficit ad hoc ꝙ sit virtus. tū
quia quando aliquid manens oīno inuariatū
recipit oppositas denoīationes neutra deno-
minatio est sibi intrinseca sed extrinseca: sed
actus partis sensitiue est huiusmōi. igitur ⁊c̄.
Assumptū patet: quia aliquis potest ire ad ec
clesiam vt celebret ⁊ oret propter glorā ⁊ lau-
dem dei: iste actus ambulandi tūc dicit̄ actus
virtuosus. ⁊ potest eundē actū oīno īuariatū
continuare ⁊ solū mutare actum voluntatis ⁊
intendere malū finē: puta ꝙ vult ābulare ad
ecclesiam ad celebrandū ⁊ orandū propter va-
nā gloriā: tunc iste actus dicitur vitiosus idē
numero non variatus in se q̄ prius dicitur vir
tuosus: ita ꝙ capit denoīationes oppositas ⁊
non intrinsece. Constat. igitur extrinsece. igit̄
nullus actus vel habitus partis sensitiue di-
citur virtuosus vel vitiosus nisi quadā deno-
minatione extrinseca. si enī aliquis genuflexo
oret vel cantet ⁊ primo velit propter honorē
dei ⁊ stante eodē actu orandi ⁊ cantandi mu-
tet volūtatē ⁊ ꝙ velit illud facere propter va-
nā gloriam ⁊ vult bonus reputari idem actus
numero partis sensitiue qui prius dicebatur
virtuosus nunc dicitur vitiosus. ⁊ hoc solū est
quadā denoīatione extrinseca. Et ex istis seq̄-
tur ꝙ idem habitus numero in parte sensitiuo
potest inclinare indifferēter ad omnes actus
virtuosos ⁊ vitiosos q: est de se totaliter indif
ferens nec oportet ponere habitum inclinan-
tem ad actus virtuosos ⁊ alium inclinantem
ad vitiosos. Exemplum. si enī aliquis sit exer-
citatus in bello acquirit sibi in parte sensiti-
ua ⁊ in membris corporis vnum habitum in-
clinantem ad actus consimiles. ⁊ si eliciat a-
liquem actum sm̄ inclinationem illius habi-
tus propter bonū finē: puta si credat se habe
re iustum bellum ⁊ tunc pugnat pro iusticia vl̄
fide vel dei honore denominatur talis actus
partis sensitiue. similiter ⁊ habitus virtuosus
⁊ si in eodem bello eliciat actum alium vel a-
ctus consimiles alios sm̄ inclinationem eius-
dem habitus propter malum finem: puta pro-
pter vanam gloriā: vel quia vult videri ab ho
minibus vel aliqd̄ tale dicitur tam habitus q̄
actus vitiosus. ⁊ per consequens vna quali-
tas numero in parte sensitiua potest inclina-
re ad actus oppositos: virtuosum scʒ ⁊ vitio-
sum. Si dicas ꝙ ille habitus generatur ex acti
bus male vel bene circunstantionatis. Respō
deo. circūstantie nihil faciūt ad actū vel habi
tū partis sensitiue: sed tantū ad actū volunta-
tis: quia sunt obiecta ad actum voluntatis vt
post patebit. Item talis habitus non dicitur
proprie virtus nisi q: inclinat ad actus confor
mes recte rationi: ſ3 hoc non valet: quia sic po
test inclinare ad actus conformes rationi su-
pernaturali: ⁊ tamen non dr̄ habitus merito-
rius. igitur nec virtus moralis. Assumptū ꝓ-
batur: stante eodē actu ⁊ habitu in nullo vari
ato possunt inclinare ad actū meritoriū ⁊ de-
meritoriū. patet de orante pro salute aīe ⁊ ho-
nore dei ⁊ post orante ⁊ continuante eundem
actū propter vanā gloriam ⁊ p ypocrisim dan
te elemosinā. primo pro amore dei: ⁊ post ꝓ va
nitate seculi: ⁊ patet de comedente tēperate
semper aliquādo tamē propter bonū finē ali-
qn̄ ꝓpter malū. ptʒ de furioso q̄ inclinatur ad
moderate comedendū sicut prius inclinabat̄ i
oībus igit̄ pt esset vna q̄litas i pte sensitiua. i-
differēs de se ad virtutem ⁊ vitiū. Tertia cō-
clusio ꝓbat̄: q: nō p indeterīatōem volūtatis
nec p silitudinē de itellectu: nec p libertatem
Nō p p̄mū: q: qn̄ arguit sic ꝙ volūtas pt elice
re actū malū ⁊ bonū: ita ꝙ ad neutrū determīat̄
igit̄ indiget hītu determināte nō valet: q: sic
volūtas pt elicere p̄mū actū suū ꝓpter liberta
tē suā bene ⁊ male ⁊ ꝓp̄ finē laudabilē ⁊ vitu
perabilē sine oī hītu p̄mo q: ante actū p̄mum
volūtatis nō est hītus i volūtate ita pt elicere
scdm tertiū ⁊ q̄rtū. ⁊ sic deinceps stāte eadē li
bertate ⁊ īdeterminatōe ꝓpter finē laudabilē
vel vituperabilē sine oī hītu. nec est maior rō
de vno q̄ de alio: nec oʒ ponere hītū in volūta
te ꝓpter silitudinē de itellectu: q: oportʒ ponere
habitū in itellectu: q: nō magis inclinat̄ volū
tas ad bonū q̄ intellect⁹ ad verū. Quātū igit̄
ad tertiā cōclusionē dico ꝙ nō pt ꝓbari ꝙ ha
bitus sit ponēdus in itellectu p hoc ꝙ inclina
tur ad verū: ſ3 ꝓpter hoc ꝙ intellect⁹ post ostē
sionē obiecti ipso amoto vel destructo pōt i ali
quos actus in quos nō potuit an̄ presentiā ob
iecti nec requirit̄ sp p̄ntia obiecti qn̄ itellect⁹
itelligit. ⁊ si nō possʒ hr̄e aliquē actū nisi p̄nte
obiecto in se nō videt̄ necessitas aliq̄ ponēdi
habitū in itellectu: ſ3 q: pt hr̄e actū circa illud

Tertia cōclusio

obiectū qḋ fuit primꝰ ab intellectu vel a sensu significatū non existente aliquo sensu particulari i actu. iō est necesse ponere habitū i intellectu iclināte ad actū circa tale obiectū ⁊ eadē ē necessitas ponēdi habitū in potētia fantastica: q2 pōt habere actū fantasiandi nō existēte aliquo sensu extrinseco in actu suo: ⁊ eodē modo est de voluntate si pōt elicere actū suū sine ostensione obiecti post intellectū post primā ostensionē: tunc apparet eadē necessitas ponēdi habitū in intellectu ⁊ voluntate: ꝫ voluntas ita indiget ostensione obiecti in tertio vł in quarto actu. et sic deinceps sicut in primo: q2 nunꝙ pōt actualiter aliqḋ velle vel nolle nisi actualiter cognitū. iō nō apparet eadem necessitas ponēdi habitū in intellectu ⁊ voluntate: nec valet ponere habitū virtuosum in voluntate: q2 voluntas aliqñ difficilius inclinatur ad virtuosum actū ꝙ alias: q2 hoc pōt accidere ꝓpter passiones existētes in parte sensitiua ⁊ habitus existētes ibi. Ideo dico ꝙ virtus est ponēda in voluntate ꝓpter maiorē ꝑfectiōem actus ⁊ maiorē facilitatē ⁊ inclinatōem ad eliciēdū actus ceteris paribus in oībus aiatis. ⁊ tunc pōt sic argui. Omnis potētia ceteris paribꝰ magis inclinat̃ post actū ꝙ ante ⁊ ad intensiorē actū: ⁊ ex illis acquirit habitū: ꝫ voluntas est hmōi: q2 oībus paribus existentibꝰ in parte sensitiua magis inclinat̃ ad actū nūc ꝙ prius: patꝫ de cōtinente ꝗ habet prauas ꝯcupiscentias ⁊ nō sequit̃ eas: ⁊ tamē prius sequebat̃ eas. non est hic aliqua variatio in parte sensitiua: quia ita posteriores cōcupiscentie sunt praue sicut prime. nūc aūt voluntas prona ⁊ inclinata ē ad nō sequendū eas ⁊ prius nō: aliter nō esset cōtinēs. iō ibi videt̃ ꝙ sit aliquis habitus necessario ponēdus. Itē nō magis ē habitus negādus in voluntate respectu vniꝰ obiecti ꝙ respectu alterius: q2 eodem mō respicit oīa obiecta ꝙtum est ex parte sua: ꝫ respectu aliquoꝝ obiectoꝝ ponēdus est habitꝰ in voluntate post multos actus: q2 voluntas respectu actus dilectionis magis inclinat̃ post multos actus ꝙ ante iō nō videt̃ aliqua ratio quare aliqui hitꝰ sint ponēdi i voluntate ⁊ aliq̄ nō. Quarta ꝯclusio ꝓbat̃: q2 hitꝰ ille ꝓprie ē solū ꝟtuosus cuiꝰ actꝰ ē solū ꝟtuosus: ꝫ solꝰ actꝰ voluntat̃ ē virtuosus. ꝓbat̃: q2 solus actus voluntatis est laudabilis vel vituperabilis. igit̃ solus ille ē ꝟtuosus. igr̃ habitus gñatus ex tali actu est virtuosus solū Cōfirmat̃ ꝑ phm̄. iij. ethicoꝝ. vbi dicit ꝙ nullꝰ actus est vituperabilis nisi sit in ꝑtāte nostra nullus eñi culpat cecū natū: q2 est cecus sensu ꝫ si sit cecus ꝑ pctm̄ ꝓpriū: tūc est vituperabilꝭ

m
Quarta cōclusio

Ad rōem prime opi. ꝑ scđa cōclusione

Vis visis ad rōes prime opinionis. Ad primā de obiecto ꝓportionato: equaliter cōcludit ꝙ nō sit virtus ponēda in appetitu sensitiuo: q2 obiectū suū nō est ꝓportionatū. Si dicas ꝙ ꝓportionat̃ ꝯcupiscibili ꝑ habitꝰ: eodē mō dico de voluntate ꝙ pōt respicere aliqḋ obiectū improportionatū ⁊ pōt ꝓportionari ꝑ habitū: nec est maior rō de vno ꝙ de alio. Ideo dico ꝙ qñ potētia ordinat̃ ad aliqḋ obiectū qḋ nō pōt intensius vel remissius ferri in illud obiectū: tūc nō est habitus ponēdus i tali potētia. nūc autē voluntas pōt ferri in obiectū itēsius ⁊ remissius: q2 post multos actus fert̃ in obiectū intēsius ⁊ faciliꝰ ꝙ nūc: iō ē habitꝰ ponēdus. Etiam rō ꝓ prima ꝯclusione equalit̃ cōcludit ꝙ i potētia visiua ⁊ auditiua sit ponēdus habitus sicut in appetitu sensitiuo: q2 actus illarū potētiarū pñt elici mediāte actu voluntatis q2 voluntas pōt īpare actibꝰ exterioribꝰ: sic̄ iterioribꝰ ꝫ ꝓpter hoc nō dicunt̃ illi actus virtuosi nec habitus. si igit̃ ponerent̃ ⁊ posito ꝙ cōcludat ꝙ in appetitu sensitiuo sit habitus ponendus nō tñ cōcludit qn ibi sit ponēdus habitus virtuosus sicut in voluntate. Ad aliud dico ꝙ in quacūꝙ potētia ponit̃ passio q̄ dicit̃ laudabilis vel vituperabilis in eadē dꝫ poni habitus virtuosus: ꝫ in parte sensitiua non ponit̃ talis passio: q2 solū dicit̃ laudabilis vel vituperabilis ꝓpter electōem voluntatis ⁊ ꝓpter finē bonū vel malū. ⁊ ita dr̃ talis denoīatione extrinseca. Ad aliud dico ꝙ aliqñ corpus resistit voluntati. patet in multis motibus ꝯtrarijs corporibus: q2 ira desideriū ⁊ tales dispositiones causant̃ ex dispositionibꝰ corporalibus varijs ⁊ ille nō sunt in potestate. ita ꝙ potest eas cōpescere. ideo regunt̃ principatu politico: quia possunt similiter resistere. ⁊ vbi est talis rebellio ibi possūt poni tales habitus: quia anima dñatur corpori ꝙtum ad exteriores operationes: puta comedere bibere ambulare q̄ totaliter sunt in potestate voluntatis: quia i potestate voluntatis est comedere vel nō comedere. et sic de alijs talibus. Et respectu taliū operationū est corpus sicut seruus aie: q2 ꝙtū ad tales operatiōes corpus est totaliter i potestate aie ⁊ sic intelligit phs de isto duplici ꝑncipatu ciuili ⁊ politico. Ad oēs auctoritates phi dico ꝙ itelligit ꝑ partē irrationabilē voluntatē q̄ nō est rationalis ꝑ essentiā sic intelligēdo ꝙ licet vna essentia oīo indisticta sit itellectꝰ ⁊ voluntas. tñ dr̃ illa essentia rōnalis ꝑ essentiā qñ elicit actū intelligēdi ⁊ irrationalis siue rōnalis ꝑ participatōem qñ elicit actū volēdi ⁊ actꝰ volendi nō est rō actus intelligēdi. Aliter pōt dici ꝙ ponit virtutes in parte sensitiua: q2 ibi sunt habitus inclinātes ad actꝰ ꝑtis sensitiue

Ad primū ꝓ prima cōclusione

Ad scđm

Ad tertium

q̄ dicūtur virtutes quadā̄ denoīatiōe extrinse
ca sicut prius dcm̄ est. Cōtra ista sunt multa

Primū dubiū

dubia. primo qꝛ nō videt̄ ꝙ semꝑ in appetitu se
sitiuo sit talis habitus generat⁹ ex actibus si
cut dcm̄ est. qꝛ habitus semꝑ generatur ex acti
bus: nūc aūt sunt aliq̄ virtutes q̄ nō requirunt
nec possunt hr̄e aliquē actū in parte sensitiuo
sicut virginitas humilitas paupertas ꝛ patiē
tia q̄ nō habēt aliquos actus in parte sensiti
na: igit̄ nec habitus.

Scdm̄ dubiū

Scdm̄ dubiū est de hoc
ꝙ habitus sensitiuus dicitur solū virtus ꝑ de
noiatiōem extrinsecā quotenus elicitur cōfor
miter rationi recte ꝛ imperat̄ a volūtate. Cō
tra. tūc ita ꝓprie ponitur in itellectu sicut i pꝫ
te sensitiua cōtra pħm primo ethicoꝝ et sexto
ponētem virtutes morales in parte sensitiua
Assumptū ꝓbatur: qꝛ sicut actus appetit⁹ sen
sitiui pōt operari a volūtate ꝛ elici conformit̄
rationi recte ita actus intellect⁹. Sicut eīm in
itellectu dictāte ꝙ aliq̄d est gustādū vel come
dēdū ꝛ volūtate volēte vel imperāte appe
titum sensitiuo gustare: actus ille appetit⁹ sen
sitiui denoīatur virtuosus: qꝛ elicitur cōformi
ter dictamini recte ratōis ꝛ imperio volūtatis
eodē mō intellectu dictāte ꝙ sit studēdū circa
quid volūtate volēte ꝛ imperāte intellectui vt
studeat actus ille studendi dicet̄ virtuosus: qꝛ
cōformiter elicit̄ dictamini ratōis ꝛ imperio
volūtatis. igit̄ ꝛc̄.

Tertiū dubiū
Argmur primo

Tertiū dubiū est. qꝛ videt̄
ꝙ actus appetitus sensitiui habeat primo ꝛ ꝓ
prie ratōem virtutis ꝛ malicie. qꝛ actus interi
oꝛ scꝫ volūtatis: ꝛ exterioꝛ scꝫ appetitus sensi
tiui ꝓhibentur distictis preceptis. igitur sunt
distincta pctā. ꝯña ptꝫ: qꝛ aliter nō essent disti
cta precepta. aῄs ꝓbat̄. qꝛ ꝑ illud preceptum.
nō ꝯcupisces ꝛc̄. ꝓhibetur actus interioꝛ. per
illud. nō furaberis prohibetur actus exterioꝛ.

Scdo

Itē aliquis magis punit̄ ꝓpter factū ꝛ volū
tatem quā̄ propter volūtatem solā. igitur ꝛc̄.

Tertio

Itē Augustin⁹ libro. xiij. de trin. ca. v. Mo
la volūtate vel sola q̄libet miser efficitur: ꝟ mi
serioꝛ potestate qua desideriū male volūtatis
impletur ꝛc̄. Et vult dicere ꝙ voluntas est mi
serioꝛ cū actu exteriori q̄ sine. sed si actus exte
rioꝛ esset tm̄ malus denoiatōe extrinseca nō es
set volūtas cū illo actu peioꝛ vel miserioꝛ q̄ si
ne. Eodē modo arguo de volūtate: qꝛ volūtas

Quarto

qn̄ habet bonā volitōem tūc est bona: ꝟ quan
do agit tūc est melioꝛ. Itē bonitas actus mo
ralis est integritas coꝝ q̄ ꝟm rectam ratiōem
operātis debent cōpetere ipi actui. vbi ergo ē
alia ꝛ alia integritas taliū sic cōuenientiū ibi
est alia bonitas: sed est alia itegritas coꝝ que
debēt cōuenire actui interiori ꝛ alia exteriori.
igitur alia ꝛ alia bonitas igitur actus exterioꝛ
nō est tm̄ bonus denoiatōe extrinseca. igit̄ ꝛc̄.

Quartū dubiū.

Quartū est ꝙ rōnes facte nō cōcludunt ꝙ si
cut pōt manere idē actus i parte sensitiua nō
variatus oio q̄ prius fuit bon⁹ denoiatione ex
trīseca qn̄ fit propter bonū finē: ꝛ post malus
quādo fit ꝓpter malū finē: ita in volūtate po
test aliquis diligere deum propter se: ꝛ secun
do propter vtilitatem ꝓpriā ibi actus manet
semꝑ idē. ꝛ ꝑmo est bonus ꝓpter intētōēꝫ bo
nā: ꝛ post malus ꝓpter intētiōem malā: eodeꝫ
modo aliq̄s pōt ire ad ecclīam vt oret: et post
cōtinuādo pōt ire vt peccet. ꝛ est ꝑmus actus
bonus ꝛ ali⁹ malus. Eodē mō si rō dictet ꝙ sit
orandū erit actus volūtatis bon⁹ ꝛ poterit ora
re: qꝛ elicitur cōformiter recte ratōi. ꝛ si non di
ctet sibi ꝙ nō sit orādū: si tūc actus volūtatis
nō velit orare tūc actus volūtatis erit malus
ꝛ elicitur difformiter recte rationi. ꝛ ꝑ ꝯñs po
test idem actus nūero dici nūc bonus nūc ma
lus. ꝛ sic nullus act⁹ volūtatis erit bon⁹ vl' ma
lus nisi q̄dā denoiatōe extrīseca.

Confirmatio

Cōfirmat̄:
qꝛ nullus act⁹ est virtuosus vl' vitiosus nisi: qꝛ
est cōformis vel difformis recte rōni. igit̄ ꝑma
virtuositas actus moralis erit i rōe recta ꝛ nō
in volūtate ptꝫ.

I
Ad ꝑmū dubiū

Ad pↄmū istoꝝ dico ꝙ lꝫ sit
possibile esse peccatū sine oi actu positiuo pu
ta peccatū omissionis. Exēplū. aliquis obliga
tur ad orandum certo tpe posito ꝙ tūc nō oret
nec habeat actū volēdi ad orandū ꝑ tūc icur
rit peccatū omissiōis ꝑ solā carentiā alicuius
debiti. tamē nō est possibile ꝙ sit pctm̄ actua
le sine oi actu positiuo: nec hītuale sine oi hītu.
Ideo dico ꝙ pauptas virginitas sunt virtu
tes q̄ generant̄ ex actibus voluntatis debito
mō circūstātionat̄ puta virginitas ex actu vo
lēdi ꝯtinere ꝓpt̄ deū. pauptas ex actu volēdi
oibus renunciare ꝓpter xp̄m. hūilitas ex actu
volēdi tolerare aduersa: puta nō opponēdo se
nō murmurādo nō resistēdo ꝓpt̄ xp̄m. Iō ipos
sibile est ꝑ aliquā viā ꝓbare ꝙ hūilitas sit vir
tus q̄n ꝑ eandē possit ꝓbari ꝙ pauptas sit vir
tus. ꝛ sic de oibus virtutib⁹ q̄ generant̄ ex bo
nis volitōib⁹ recte circūstātionat̄: ꝟ virtutes
ꝑus nūerate ꝛ multe alie sic sūt virtutes ꝙ nō
requirūt aliquē actū positiuū i parte sensitiua
ad hoc ꝙ generent̄: nec aliquē habitum ꝑ ꝯñs
generatū ex actibus: ꝟ solū requirunt̄ act⁹ vo
lūtatis ex q̄bus generant̄. Dicit eīm btūs Hie
ronim⁹ sup illud euangeliū q̄ reliquerit patrē
vel matrē. ꝙ relinquere oia est pħoꝝ: sed relin
quere ꝓpter xp̄m oia ꝛ sequi xp̄m est perfecto
rum. licꝫ autē iste virtutes non requirant ali
quē actū vel habitū i parte sensitiua requirūt
tamen caritatē ad hoc ꝙ actus elicitus earuꝫ
sit meritorius. Unde dicit aplus. si tradidero

corpus meũ ita vt ardeã ⁊ caritatẽ nõ habeaȝ
nihil sum. Alie aũt virtutes requirũt naturali
ter tã actũ ꝙ̄ habitũ in parte sensitiua ⁊ gene
rãtur ex actibus voluntaris ⁊ requirũt carita
tẽ ad hoc ꝙ causent actũ meritoriũ: ita ꝙ in oī
actu meritorio caritas est cã efficiens partia-
lis: tñ virtus potest esse moralis sufficiens ꝙ̄-
tũ ad moralitatẽ naturalẽ si habeãt circũstan-
tias debitas tali virtuti ſm naturã sic. ꝓbi fue
rũt virtuosi sine oī caritate: sed actũ meritoriũ
nõ possunt habere sine caritate. Ad aliud di
co sicut dcm̃ est super prologũ ꝙ speculatõ pu
rissima: q2 est aliquid operabile a nobis qd̃ est
in potestate nostra: ⁊ ita extẽdendo nomẽ vir-
tutis põt speculatio purissima dici virtus et
virtuosa moraliter sicut põt esse meritoria si-
cut actus q̃cunq3 partis sensitiue. Exemplum
si certũ aliquis põt mereri dando elemosinaȝ
ita põt mereri studẽdo circa geometriã: puta
si hoc faciat per obedientiã illius cui tenetur
obedire: ⁊ ideo ille actus põt esse bonus mora
liter ⁊ virtuosus, ⁊ meritorius sicut actus par-
tis sensitiue: sed hoc erit quadaȝ denoĩatione
extrinseca quatenus talis actus elicitur con-
formiter recte rationi ⁊ ĩperio volũtatis sicut
actus partis sensitiue ⁊ non intrĩsece: q2 sic so
lus actus voluntatis est bon⁹ vel malus mo-
raliter. De distinctis preceptis respectu act⁹
ĩterioris ⁊ exterioris põt dici ꝙ ꝑ vnũ preceptũ
ꝓhibetur actus interior: tñ: ꝑ scd̃m ꝓhibetur
actus interior ⁊ exterior: ⁊ ita sunt distincta p̄
cepta ⁊ distincta peccata aliquo mõ. q2 lȝ non
sit pctm̃ formaliter nisi in actu interiori qñ ta
men ꝓsequit̃ magis cõplacet ⁊ delectat̃: ⁊ ita
maius pctm̃: ⁊ ita duplex pctm̃ nõ sic intelli-
gendo ꝙ aliqua rõ pcti cõsistit in opere exteri
ori: ꝫ qñ est operatio exterior ⁊ operatio interi
or intendit̃ ⁊ fit actus intẽsior ⁊ delectabilior
ꝙ̄ prius: nec ꝓhibetur operatio exterior: q2 ĩ eo
cõsistit ratio pcti: ꝫ ꝓpter causam dictã. Alit̃
põt dici ꝙ actus interior et exterior ꝓhibẽtur
distinctis preceptis: nõ q2 sunt distincta pctã
q2 pctm̃ solũ cõsistit in actu interiori q̃ põt esse
vnus ⁊ idẽ cũ actu exteriori ⁊ sine. sed ne detur
simplicibus occasio errandi. põt eñ aliq̃s cre
dere ꝙ est pctm̃ solũ qñ actus interior est ma-
lus ⁊ actus exterior sil̃r. ⁊ hec ẽ opinio multo-
rũ ꝙ nõ est pctm̃ in sola voluntate: ꝫ tñ ꝙ̄tum
ponit̃ in opere. iõ ad remouẽdũ istã occasionẽ
erroris ⁊ ad insinuandã ꝙ nõ solũ tñ est pctm̃
qñ homo hȝ actũ interiorẽ ⁊ exteriorẽ simul: ꝫ
qñ habet actũ interiorẽ. iõ actus interior ⁊ ex-
terior ꝓhibent̃ distinctis preceptis. Ad aliud
dico de punitiõe maiori. dico ꝙ de facto tã ꝑ le
ges diuinas ꝙ̄ humanas grauiora pctã aliqñ
minus puniunt̃ ꝙ̄ minus grauia. Exẽplũ. fura
ri asinũ vel bouem est minus pctm̃ ꝙ̄ ꝓhibere
malũ testimoniũ vel mẽtiri vel mẽdaciter dif
famare aliquẽ: ⁊ tñ primũ magis punit̃ ꝙ̄tum
ad leges humanas de facto ꝙ̄ scd̃z. nõ q2 sunt
maiora pctã: ꝫ q2 sunt maiores occasiones sub
uersionis ⁊ destructionis rei publice. ⁊ tñ corã
deo ⁊ punitione eternali scd̃m magis punitur
ꝙ̄ primũ. Eodẽ modo est in ꝓposito. si eñ ali-
quis habeat actũ volũtatis ita intẽsum peccã
di sicut cũ actu exteriori: tunc tñ punitur corã
deo ⁊ eternaliter sine actu exteriori sicut cum
actu: ꝫ tamen punitiõe tẽporali ad quã se extẽ-
dunt leges humane ꝓ actu interiori nõ punit̃
sed tantũ ꝓ exteriori. si tamẽ volũtas nõ habe
at actũ ita intẽsum sine actu exteriori sicut cũ
actu exteriori: q2 plus cõplacet qñ cõsequitur
malã voluntatẽ in opere exteriori: tũc nõ tan-
tũ peccat in volũtate sine actu exteriori sicut
cũ actu: q2 cũ elicitur actus exterior: actus in-
terior extenditur: ⁊ ita aggrauat̃ pctm̃ et gra-
uius punitur corã deo cũ actu exteriori ꝙ̄ sine.
nõ tamẽ ꝓ exteriori sed ꝓ interiori magis intẽ
so. Ad hoc sunt exempla. vnũ est ponamus ꝙ
sint duo ⁊ vterq3 eoꝝ habeat voluntatẽ inter
ficiendi aliquẽ: tñ primus habet intensam vo
luntatẽ ⁊ scd̃s remissam si vterq3 precipiat ser
uo suo interficere illũ hoiem: si seruus scd̃i in-
terficiat ⁊ nõ seruus primi certũ est ꝙ primus
magis peccauit: q2 intentius eum odiuit ⁊ ma
gis fuit ad hoc vt interficeret̃ ꝙ̄ scd̃s: tñ scd̃s
plus puniret̃ pena corporali ꝙ̄ primus: cũ ta-
men minus peccauit. Igit̃ aliqñ minus pctm̃
grauius punitur. ⁊ pono vltra ꝙ scd̃s dñs pe-
niteret de mala voluntate ⁊ precepto ⁊ prim⁹
nõ: ⁊ ꝙ seruus scd̃i interficiat illuȝ hoiem hoc
posito primus dñs peccat ⁊ scd̃s nõ in interfe
ctione hoĩs: ⁊ tamen scd̃s punitetur ⁊ primus
non. Ad aliud dico ꝙ potest glosari ꝙ exple-
tione malicie voluntatis in opere intenditur
malus actus voluntatis. ⁊ fit peior. ⁊ similiter
implendo malam voluntatem in opere potest
facere multa peccata que non faceret si nõ im
pleret ⁊ quasi eraheret̃ de peccato in peccatũ
quia per factum suũ scandalizat ꝓximuȝ. ⁊ sic
potest fieri miserior. Unde si vnũ peccatuȝ sit
priuatũ ⁊ aliud publicum de quo homo scan-
dalizatur: tunc plus punit̃ pro publico ꝙ̄ pro
priuato. Ad aliud de integritate dico ꝙ non
oĩs circunstãtie aggrauant peccatũ quia ꝙ
actus exterior fiat: tũc nihil aliter ex hoc pre-
cise non aggrauat peccatũ: sed circũstantie re
spectu actus volũtatis aggrauãt pctm̃. vnde
qñ alicui ex se non competit bonitas moralis
vel malicia: tũc nõ habet bonitatem nisi ex in

Ad scd̃m dubiũ

R
Ad tertiũ dubiũ

Z
Pro scd̃o

Ab
Pro tertio

Pro quarto

tegritate circūstantiarū. Exemplū. actus appetitus sensitiui nō est natus esse bonus moraliter ex se: s denoiatione extrinseca sicut prius dcm̄ est non ē bonus ex integritate circunstantiarū: puta ex hoc q̄ fit in loco determinato tpe determinato ⁊c. s quando actus natus est esse bonus moraliter: tunc ad bonitatem actus requiritur integritas circūstantiarū: ⁊ quādo deficit aliqua circūstantiis: tūc nō ē bonus moraliter: sed necessario reqritur illa circunstātia ad bonitatē actus moralis licet forte non sit viciosus: q: intenditur malus finis.

Ad secundum dubium. Ad aliud dico q̄ actus diligendi deū ꝓpter se tanq̄ ꝓpter finē: ⁊ post ꝓpter aliud sunt actus distincti specie. Qr aūt sint distīcti act⁹ specie p̄z: q: qncūq̄ obiecta primaria aliquorū actuū variant: necessario variāt illi actus: q: impossibile est q̄ vnus actus nunc termine tur ad vnū p̄marium obiectū: ⁊ post termine tur ad aliud obiectū p̄mariū: sed fineo sūt obiecta primaria volūtatis: q: cum volūtas nō diligit aliquid nisi ꝓpter finē magis diligit finē: quia sine illo nō diligeret aliud: ⁊ p̄z quia si essent duo respectu duoꝝ obiectoꝝ quorum vnus actus esset causa alterius: si illa duo obiecta p̄mo diligerentur vno actu: illud obiectū esset p̄mū cui⁹ actus ē causa alterius qn̄ diligunt distinctis actibus: sed si diligeret finē vnico actu ⁊ aliud ꝓpter finē alio actu: act⁹ quo diligo finē esset cā respectu alterius act⁹: q: non diligo illud nisi q: diligo finē: et ita posito actu respectu finis p̄t alius poni: ⁊ nō posito nō p̄t poni per causam. igitur ē causa per ꝓpositōem frequenter acceptaz. igitur si vno actu diligo finē ⁊ alius finis est obiectum p̄mariū. igitur ad variatōem finiū sequitur variatio actuū. ⁊ p ꝯñs sunt distincti actus. Qr autē distinguātur specie p̄z: quia vnus ē act⁹ fruendi deo ⁊ alius actus fruendi creature. et silr actus vnus ē actus amoris amicitie: ⁊ ali⁹ actus amoris cōcupiscentie q̄ distinguunt spē. Si dicas q̄ finis est causa equiuoca actus moralis igit̄ nō obiectū. R̄ndeo. oēs circūstantie actus volūtatis sunt obiecta p̄tialia illi⁹ act⁹: ita q̄ finis in oi actu ē obiectū p̄ncipale sicut p̄us patuit alie circūstātie sunt obiecta scd̄aria p̄tialia respectu illi⁹ act⁹. Exēplū. si cū ad h̄ q̄ actus volūtatis quo aliq̄s vult orare deū sit pfecte virtuosus reqrant̄ de necessitate iste circūstātie: q: velit orare ꝓpter honorē dei s̄m rectū dictamē rōis in tpe statuto puta die dn̄ico i loco deteriato puta in eccl̄ia: tūc iste act⁹ sic virtuosus h̄z honorē dei ꝓ obiecto p̄ncipali actū orandi ꝓ obiecto cōi rectā rōnem. diez dn̄icū ⁊ eccl̄iam ꝓ obiectis scd̄arijs ⁊ p̄tialib⁹ ita q̄ respectu actus volūtatis iste circunstātie sunt obiecta ⁊ cause effectiue p̄tiales respectu illius actus: s respectu actus exterioris nō sunt obiecta p̄tialia q̄ actus dicit̄ obiectū cōe: q: actus orandi vel ambulandi vel aliq̄s exterior actus nō h̄z tp̄s ꝓ obiecto nec locū nec rectā rōnem nec finē sicut alij: puta actus comedendi h̄z cibū: actus ambulandi h̄z viā ꝓ obiecto ⁊ alie circūstantie. q̄tū ad istum actū nihil faciunt nisi stant iuxta. i. circunstant illum actū sine alia causalitate. Si dicas q̄ act⁹ p̄ncipaliter intētus a volūtate dicit̄ ec obiectū p̄mariū illius act⁹: sc3 si veliz ābulare ad eccl̄iam ad orandū ꝓpter laudē dei actus p̄ncipaliter intentus est actus orandi vel ābulandi. g̃ isti actus sunt obiecta p̄maria respectu actus volūtatis. R̄ndeo. illud obiectū est p̄ncipale obiectū actus volūtatis: cui⁹ dilectio p̄ncipaliter intēdit̄ huiōi est finis: s tn̄ vocando illud obiectū p̄ncipale q̄d est obiectū cause ꝓut dicitur cōtra circūstātias reqsitias: tunc actus exterior ē obiectū p̄ncipale: q: obiectū coꝝ cōe est actus exterior: q: p̄t idez manere respectu multoꝝ actuū volūtatis: puta si p̄mo veliz ire ad eccl̄iam ꝓpter honorē dei. hoc primo ābulare ad eccl̄iam est obiectū cōe ⁊ honor circunstantia: s si post velim ire statuto tpe: tunc variatur actus ⁊ obiectū. ⁊ p̄t manere idē act⁹ ambulandi si adhuc velim ire ꝓpter honorem dei ⁊ tpe statuto ⁊ s̄m rectā rōnem ⁊ sum semper in ambulādo: semp iste actus exterior manet idē tñ actus volendi variat̄: ⁊ iō dicit̄ obiectū cōe: q: p̄t esse obiectū multoꝝ actuū volendi: q: p̄t manere cū circūstantia ⁊ sine circunstātia. ⁊ ex hoc p̄z q̄ q̄ñcunq̄ variat̄ circunstantia respectu actus volendi variat̄ tpe actus volūtatis l3 nō exterior.

Dubitatur

Sz adhoc est dubiū. Utrū sit act⁹ aliq̄s indifferēs i volūtate in appetitu sensitiuo q̄ p̄t dici bon⁹ ⁊ mal⁹ denoiatōe extrīseca vel neutra.

Respondetur

R̄ndeo. q̄ idez nūero nō p̄t eē p̄mo idifferēs ⁊ post intrinsece bon⁹ vl̄ mal⁹. Et d̄r ille act⁹ itrīsece bon⁹ vl̄ malus: cui p̄mo ꝯuenit laus vl̄ vituperiū: ⁊ cui p̄mo est ipredicamētabilis: q: act⁹ ille volūtat̄ ē idē̄us q̄ elicit̄ circa obiectū ꝯueniēs tali actui sine tn̄ circūstātijs rq̄sit̄ ad bonitatē vl̄ maliciā actus. puta si diligā aliquē hoiem non ꝓpt̄ aliquē finē bonū vel malū: nec s̄z rectā rōnem nec ꝯ nec loco nec tpe d̄teriato nec nō: ⁊ ita de alijs circūstātijs v̄tuosis ⁊ vitiosis iste act⁹ nō eēt bon⁹ moralit̄ nec malus: s neuter ⁊ indifferēs ad h̄ igit̄ q̄ fiat bon⁹ vl̄ malus oz cū circūstātionari circūstātijs v̄tuosis vl̄ vitiosis puta q̄ voluntas diligat illū hoiem ꝓpt̄ finē talē ⁊ tēpore determiato, ⁊ sic de alijs. s sic diligēdo

habꝫ actū aliū: sicut dictū est ꝑus. ergo et aliū actū volūtat᷒: q̄꞉ cū circūstātie nō sint nisi obiecta ꝑtialia actus virtuosi, ad quoꝝ variatiōēꝫ variatꝫ necessario actus: ⁊ ꝑpter eandē causaꝫ nō pōt aliq̄s actus volūtatis ꝑmo esse virtuosus intrinsece ⁊ post viciosus: idē dico actꝰ numero. q꞉ nō pōt esse mutatio nisi ꝑ mutationē circūstantiarū. puta quia actꝰ nūc est bene circūstātionatꝰ ⁊ post male: ⁊ hoc nō pōt eē sine mutatōē actꝰ. ⁊ hoc semꝑ tenet: q꞉ circūstātie sunt obiecta actꝰ: ad quoꝝ variationeꝫ sequit̄ variatio in actibꝰ: nec ꝑpter eandē rōem pōt esse vnꝰ actꝰ ꝑmo imꝑfecte virtuosus. puta q̄a habet aliquas circūstātias req̄sitas ad actū ꝑfecte virtuosuꝫ: ⁊ postea ꝑfecte v̾tuosus. q꞉ sꝑ ꝑ additionē vel subtractionē alicuiꝰ qḋ est obiectū ⁊ causa ꝑtialis respectu actꝰ variatꝫ actꝰ

Scḋo dico. ꝙ si querat̄ vtrū aliq̄s actꝰ volūtatis pōt eē indifferēs ad bonitatē ⁊ maliciā. ⁊ post fieri bonꝰ vel malus d̄enoīatiōe extrinseca sicut actꝰ ꝑtis sensitiue: tūc distinguendū est. q꞉ aut ponit̄ ꝙ in voluntate pñt esse simul duo actꝰ volēdi naturalr̄ aut nō. Si nō: tūc nō pōt esse aliq̄s actꝰ in volūtate indifferēs ꝑdicto mō. q̄a nō pōt sic esse indifferēs: nisi q̄tenꝰ cōformare pōt se alicui alteri ꝑfecte ⁊ intrinsece v̾tuoso: sicut actꝰ appetitiuo sensitiui nō dicit̄ aliꝰ v̾tuosus: vt pꝫ. Si aūt duo actꝰ volēdi pñt simul esse naturalr̄ in volūtate: qḋ credo esse verū: sicut in ꝑmo ꝓbatū est. tūc in volūtate pōt eē aliq̄s actꝰ indifferēs mō ꝑdicto. Exēpluꝫ. si eīm diligā aliquē hoiem absolute terminādo actū volēdi ad illū hoieꝫ ⁊ nō ad aliquā circūstantiā bonā vel malā: tūc iste actꝰ nō est bonꝰ vel malus moralr̄: ꝫ est neut̄. ꝫ tūc stāte illo actu eligā aliū actū quo volo diligere tm̄ hoiem ꝑpter deū ꝫm rectā rōem: ⁊ ꝫm omnes alias circūstātias req̄sitas. iste scḋs actꝰ est ꝑfecte ⁊ intrinsece v̾tuosus ⁊ q̄ ꝑrꝰ fuit indifferēs: nūc est v̾tuosus denoīatōe extrinseca: q̄tenus elicit̄ ꝯformit̄ actui ꝑfecte v̾tuoso ⁊ recto dictamini: sicut si velim comedere ꝑpt̄ deum ꝫm rectā rōem ⁊ alias circūstātias ⁊ comedā. ista comestio est v̾tuosa denoīatione extrinseca. q꞉ elicit̄ ꝯformit̄ vōi recte et volitiōi ꝑfecte ⁊ intrinsece virtuose. similiter sicut stāte eodē actu comedēdi nūero variato actu volūtatis. puta ꝙ velim comedere ꝑpter maluꝫ finē: puta incōtinētiā ⁊ ꝯtra rectā rōeꝫ dicit̄ idē actꝰ comedēdi q̄ ꝑrꝰ: viciosus ⁊ cōformit̄ elicit̄ volitioni male ⁊ cōtra iudiciū rōnis. iō est viciosus denoīatione extrinseca. ita stāte illo ꝑmo actu in volūtate q̄ indifferēs est de se. ⁊ mutato scḋo actu puta ꝙ velim illū hoiem diligere q꞉ displicet deo vel q꞉ peccator ē: vel ꝑpter aliū malū finē ⁊ cōtra rectā rationē. et tūc actꝰ ille q̄ prius fuit indifferens de se ⁊ post virtuosus denoīatōe extrinseca: nūc ē idē actus nūero vitiosus denoīatōe extrinseca. ⁊ sic pꝫ quomodo pōt aliquis actus volūtatis esse indifferens ⁊ quō non. Ex istis pꝫ quid bonitas vel malicia addit sup substantiaꝫ actus: q꞉ aliter est dicenduꝫ ꝫm istam viam: ⁊ aliter ꝫm viam Joh̄. Nam Joh̄. ponit ꝙ substantia actus virtuosi ⁊ vitiosi pōt esse eadē: ꝫ dicit̄ esse virtuosus ꝑpter cōformitatē ad circūstantias req̄sitas quas non ponit esse obiecta partialia actꝰ virtuosi ⁊ vitiosi. iō ꝑ euꝫ bonitas addit super sb̄am actꝰ respectū cōformitatis ad oēs circūstantias q̄recū. Sed ꝫꝫ istā viā q̄ ponit ꝙ oēs circūstantie requisite ad actū sunt cause immediate partiales necessario requisite ad actum ꝑfecte virtuosum. Actus virtuosus ⁊ vitiosus se habent ad actum in cōi sicut hec albedo ad albedinem in cōmuni: et sicut hec albedo ē de se hec ⁊ nō ꝑ aliqḋ extrinsecū sibi: ita actus virtuosus q̄ ꝑmo ē virtuosus ⁊ de se imputabilis est de se formaliter ⁊ intrinsece virtuosus. q꞉ ꝫ substantia actus est hec bonitas actus. ⁊ similiter de actu vitioso hec substātia actus ē hec malicia actus. ⁊ ab istis duobus pōt abstrahi cōceptus actus in cōi. sicut ab hac albedine ⁊ ista pōt abstrahi cōceptus albedinis. Si q̄ras vñ actus habet bonitatē suā vel maliciaꝫ

Querit̄ Q Respōsio

Dico ꝙ ab eisdē a quibus habet substantiaꝫ actus: q꞉ ab obiecto cōi ⁊ oibus circūstantijs tanq̄ a causis multis partialibus q̄ oēs simul posite faciunt vnam causam totalem. Si autē queras quid addit bonitas actus vel malicia super substantiam actus qui dicitur bonꝰ saltem denominatione quadam extrinseca puta actus partis sensitiue ⁊ similiter actus voluntatis. Dico ꝙ nihil absolutum positiuū vel respectiuū distinctum ab illo actu quod habꝫ esse in illo actu per quācunqꝫ causam: ꝫ tamen est bonitas illa nomen vel conceptus connotatiuus significans principaliter illum actuꝫ sic neutrum cōnotans actum voluntatis perfecte virtuosum ⁊ rectam rationē quibus conformiter elicitur. ideo denominatur virtuosus talis actus denominatione extrinseca. Alio modo pōt dici ꝙ aliquis actus sit indifferens in voluntate si causetur totaliter a deo: quia tunc nec diceretur bonus moraliter nec malus: quia ista nomina connotant actiuitatem voluntatis sicut meritorius actus. Et dico vltra ꝙ tam actus partis sensitiue q̄ intellectus q̄ voluntatis potest dici indifferens modo predicto: et potest denominari bonus vel malus denominatione extrinseca: nec hoc est

plus incōueniēs de actu intellectus ꝙ appe-
titus sensitiui vel volūtatis. puta si intellect⁹
diceret ꝙ tēpore tali est studendū: ⁊ volūtas i-
peret intellectui ꝙ studeat ꝓpter honorē dei
⁊ alias circūstātias: dicit᷑ tūc act⁹ studēdi bo-
nus denoīatione extrinseca. ⁊ sic respōdeo ad
alud. Ad aliud dico. ꝙ ex hoc ꝙ ꝑcise est con-
formis rōni recte nō est virtuosus. qa si de⁹ fa-
ceret in volūtate mea actū cōformē rōni recte
volūtate nō agēte nō eēt ille act⁹ meritorius
nec virtuosus. ⁊ iō requirit᷑ ad bonitatē actus
ꝙ sit in ptāte volūtatis habētis talē actū. Si-
milit᷑ nō plus est ille actus virtuosus ꝓpter re-
ctā rōem ꝓpt᷑ finē vel aliā circūstantiā. qꝛ sic᷑
rō recta est obiectū ꝑtiale act⁹ virtuosi vel vi-
ciosi. ita finis ⁊ tēpus aliqñ. ⁊ tñ nullus ponit
ꝙ bonitas ꝑma actus est a fine vel a tpe. ſ so-
lū actus voluntatis: qui ꝑmo ⁊ īmēdiate meta-
lis est ꝑmo bon⁹ vel malus moralit᷑: et post vo-
lūtas denoīatur bona vel mala mediāte actu
⁊ aliqñ etiā actus denoīatur denoīatiōe extri-
seca. Ad argumentū ꝑncipale dico. ꝙ siue
act⁹ virtuosus sit passio siue distinct⁹ a passiōe
nō est in pte sensitiua ꝓprie: ſ denoīatiōe q̄dā
tm̄ extrinseca. sicut pꝫ ex dictis. Ad aliud di-
co ꝙ omīs potētia circūstātionata opatōe ali-
cui⁹ alteri⁹ potētie q̄ bene pōt agere ⁊ male i-
diget habitu virtuoso dirigēte: ſ appetit⁹ sen-
sitiuus nō est hmōi circūscripta opatiōe volū-
taris. Ad aliud dico ꝙ vicia ꝓprie nō est ni-
si in volūtate. ſ ꝑm Augustinū pctm̄ adeo est
volūtariū ꝙ si nō sit volūtariū nō sit pctm̄ ⁊c̄.

Questio vndecima.

Trūz omnis ha-

bitus virtuosus generet᷑ ex actibus
ꝓbatur ꝙ nō. qꝛ ṽginitas ⁊ māsue-
tudo sunt habit⁹ virtuosi; ⁊ tñ non causant᷑ ex
actibus ⁊c̄. Itē qñ actus est generatiuus ha-
bitus ex alio actu generat᷑ alius habitus. igit᷑
tāta est distinctio int᷑ habit⁹ q̄nta est int᷑ actus
⁊ tot essent ṽtutes morales distincte spē quot
sunt actus distincti spē. et sic nō essent tm̄ q̄t-
tuor. Itē si sic. tunc pōt generari vna virtus
alia nō generata. qđ falsum est. qꝛ nō habetur
vna virtus nisi habeātur oēs. Itē in pte sen-
sitiua non est aliq̄s act⁹ nisi tm̄ passio: ſ passio
nō est generatiua habitus. qꝛ ad hoc sequit᷑ ꝙ
q̄nto aliquis est magis passionatus: tāto esset
virtuosior. illud est falsū. qꝛ q̄nto aliq̄s est ma-
gis passionat⁹ tāto est magis viciosus vel ad
minus tāto est min⁹ ad virtutē disposit⁹. Ad
oppositū. ij. ethi. ca. ij. nō solū generatiōes: au-
gmētationes: ⁊ corruptiōes ab eisdē ex eisdē
fiunt: ſ opatiōes in eisdē erūt. Vñ vult dicere
ꝙ hitus generāt᷑ corrūpāt᷑ ⁊ augmētāt᷑ ex acti-
b⁹ ad quos sunt nati inclinare. Circa istā q̄sti-
onē sunt quattuor facienda. Primo videndū
vtrū virtutes nobis īsint a natura. Scđo vtrū
generant᷑ effectiue ex actibus nostris. Tertio
ex quibus actibus virtutes generant᷑. Quar-
to an distincti actus specie sint distinctoꝝ ha-
bituū specie generatiui. Quantū ad primū
est vna opinio q̄ ponit ꝙ virtutes īsunt nobis
a natura: ſ aliq̄d inesse a natura ꝑm eā pōt in-
telligi dupliciter vel ꝑm totū vel ꝑm partē: qa
partim est a natura ⁊ partim ab exteriori prin-
cipio. Et siīr aliq̄d dicit᷑ siue pōt inesse hoī du-
pliciter. vno modo ꝑm rōnem speciei. alio mō
ꝑm rōnem indiuidui. Dicit igit᷑ ꝙ in potētijs
apprehensiuis pōt esse habitus naturalis ꝑm
inchoatōem ⁊ ꝑm rōnem speciei ⁊ ꝑm rōnem
indiuidui. nā intellectus q̄ est habitus princi-
pioꝝ inest sic ꝑm naturā quo ad inchoatōnem
qꝛ posito hoc principio oē totū ⁊c̄. statim intel-
lectus assentit. igitur est natura ꝑm inchoatō-
nē: sed qꝛ termini nō cognoscuntur nisi ꝑ speci-
es abstractas a fantasmatibus. iō ex consequē-
ti est cognitio principioꝝ partim ab obiecto
tanq̄ a principio extrinseco. In potētijs vero
appetitiuis nō est habitus a natura ꝑꝫ incho-
ationē ex parte aīe: sed tantum ex parte corpo-
ris. qꝛ aliqui ꝑm diuersas cōplexiones sunt di-
uersimode dispositi. Sed ista opinio est con-
tra pħm scđo ethicoꝝ. vbi probat ꝙ virtus nō
est a natura: qꝛ qñ aliq̄s est assuetus ad ꝯrīū il-
lius ad qđ natura inclinat. tūc illud non inest
sibi a natura ſ in multis acquirit᷑ tibus virtu-
tē est sic. igit᷑ ⁊c̄. Si dicas ꝙ pħs nō intelligit
ꝙ virtus est a natura ꝑm suū esse cōpletū. sed
ꝑm esse incōpletū: qꝛ ꝑm inchoatōem vt p̄dic-
tū est. Contra. pħs ꝓbat ꝙ ex eisdē generan-
tur virtutes ⁊ augmentātur. si igitur sint a na-
tura ꝑm esse incōpletū. igitur per cōsimiles a-
ctus possunt augmētari ⁊ esse a natura ꝑm eē
completū vel si non. tunc nō augmentātur ex
eisdem ex quibus generantur. Item de habiti-
bus apprehensiuis falsum est quod dicitur ꝑꝫ
pħm tertio de aīa intellectus est sicut tabula
nuda in qua ⁊c̄. sed si esset habitus principio-
rū ꝑm inchoationem non esset sic: quia a natu-
ra sua haberet habitū: licet ꝑm esse imꝑfectū.
Itē ratio sua est ad oppositū de habitu princi-
pioꝝ: quia destructo omī habitu apprehensiō
terminis istis totū ⁊ pars statim sine omī ha-
bitu intellectus assentit. igit᷑ nō precedit ali-
quis habitus inclinans intellectū ad assenti-
endum. Item in scđo posteriorum in fine pro-
bat pħs ꝙ habitus principiorū acquirit᷑ ex
actibus sicut hitus sciētie: qꝛ hitus ꝑncipiorū

Marginalia (left): ℞ Ad cōfirmatōes · Ad primū principale · Ad scđm · Ad tertiū · ℞ Questio XI · Primū pncipale · Scđm · Tertiū · Quartū

Marginalia (right): Quattuor arti · ℬ Primi arti. opio · ℭ Cōtra opiniones

acquiritur ꝑ multa experimenta. Itē qđ dicit̃ de appetitiuis nō videtur verū: q2 illa dispositio corporalis nō est habitus aliquo mō: ſʒ est qualitas q̄dam corporalis vel multe qualitates precedentes oēm actū: ſicut qualitates ꝓportionate faciunt sanitatē. ſilr ſi talis qualitas eſſet virtus: tunc in quolibet eſſet virtus. Jdeo dico ꝙ aliq̄d est naturale: q2 ex naturalibus cauſat̃ ante oēm actū ſcđm. ⁊ ſic est aliq̄d naturale in hoīe inclinatiuū ad actū virtutis vel vitij. Scđo dico ꝙ illud non est habitus: ſʒ qualitas pure naturalis vel pure qualitates. primū declarat̃: q2 nō est magis incōueniēs aliq̄d tale eſſe a natura ante oēm actū ꝙ aliqđ tale fiat vl' augeat̃ parte ſine oī naturali actu ſed ꝑ medicinā pōt talis q̄litas augeri vel minui. ⁊ pōt aliquis ꝑ naturā ⁊ ꝑ medicinā inclinari ad actū temperantie. aliq̄s aūt ad actum intēperantie ꝓpter diuerſam cōplexionē naturalē. ptʒ de accenſu ſanguinis circa cor q̄ ex alijs cauſis artificialibus cauſat̃ et minuitur. Scđm ꝓbat̃ ꝙ nō ſit qualitas illa habit⁹: q̄a habitus ꝓprie nō dicit̃ niſi q2 vel inclinat ad actus alicuius potentie: vel q2 est inclinatiuū cauſatū ex actib⁹ ⁊ remanēs in abſentia actuū ꝓpter primū nō pōt poni habitus: q2 actus pōt eſſe inclinatiu⁹ in actū eiuſdē potentie vel alterius: q2 actus intelligendi in itellectu inclinat ad actū voluntatis: q2 actus intelligendi est vere cā efficiens reſpectu volitionis ⁊ non obiectū extra. qđ ptʒ: q2 illud quo poſito ⁊c̃. ꝑ principiū freq̄nter acceptū. igit̃ ⁊c̃. ꝓpter talem nō apʒ ponere predictā qualitatē habitū: q2 talis pōt cōpetere actui. Nec ꝓpter ſcđm: q2 nō inclinat ad actus tanꝙ aliq̄d genituʒ ex actibus ⁊ manens in abſentia actuū: q2 illa q̄litas precedit oīs act⁹. Itē habitus vitioſus in nullo est a natura: ⁊ tñ aliquis naturalr̃ diſponitur ad vitia. igit̃ nec virtuoſus. Vñ ſicut aliquis inclinat̃ ad fortitudinē ita ad ſciam ⁊ timiditatē furtū luxuriā: ꝓpter diſpoſitioneʒ corporalē. Itē tales qualitates diuerſificātur ex etatibus: q2 ſm pħm ſi ſenex acciperet oculū iuuenis videret ſicut ipſe. eodē mō ſi ipſe cōciperet inclinatōnes iuuenis inclinaret̃ ad actus virtuoſos vel vitioſos: ſicut ipſe. ⁊ ecōuerſo: ⁊ tñ hoc nō est ꝓpter aliquē habitū generatū ex actibus. igit̃ in hoīe est ponere aliquā q̄litatē q̄ precedit oēm actū q̄ est inclinatiua ad actū vitioſum ⁊ virtuoſuʒ. ⁊ illa pōt eſſe calor in aliq̄bus ⁊ in aliq̄bus frigus: ⁊ illa pōt augeri ⁊ minui. igit̃ ⁊c̃. ſicut ptʒ.

D
Scđs articulus

Quantū ad ſcđʒ articulū dico ꝙ actus est cā efficiens reſpectu habitus. qđ ꝓbat̃: q2 illud ad cuius eſſe ponit̃ aliud: debet eſſe cā eius niſi euidenter appareat ꝙ ſit ab eo negāda cauſalitas: ſʒ poſito actu frequēter elicito ponit̃ habitus ⁊ nō pōt poni naturaliter ſine actu ⁊ nō apparet cā quare actiuitas deberet negari ab actu. ergo est cā effectiua actus. Aſſumptū ptʒ: q2 ſi actiuitas eſſet neganda ab actu: vel hoc eſſet: q2 nō est qualitas abſoluta: ſʒ reſpectus q̄dē q̄ nō pōt eſſe principiū nec termin⁹ alicuius operatōnis: vel q̄a habitus pōt totaliter cauſari a potētia: vel q̄a actus cauſat̃ ab habitu ⁊ nō ecōuerſo ꝓpt̃ certitudinē: ſʒ primū nō impedit: q2 illud ꝓbatuʒ est primo. nec ſcđm: q2 ſi potentia est tota cauſa habitus. igit̃ pōt cauſare habitū ſine omni actu. qđ falſum est: q2 actus ſalteʒ primus pōt cauſare ſine oī habitu. ⁊ nō ecōuerſo. Nec tertiū impedit: q2 in cauſis particularibus pt̃ bene eſſe circulatio. ⁊ ꝑ ꝯñs actus pōt eſſe cā habitus: ⁊ ille habitus pōt eſſe cā alterius actus ⁊ ſic deinceps.

E
Tertiū articulus

Quantū ad tertiū est difficultas magis ex quibus actibus generet̃ habit⁹ in parte ſenſitiua: q2 in appetitu ſenſitiuo non videt̃ eſſe niſi paſſio: ſʒ paſſio nō videtur generari ꝑ habitū cū debeat refrenari ꝑ habitū. iā hic dicit̃ ꝙ ille est ordo in generando illū habitū. Primo eīn est ibi potentia naturalis ſicut fundamentū. ſcđo est ibi habilitas naturalis q̄ dicitur mos: ⁊ de illa dicit̃. vi. ethicoꝝ. ꝙ quedā ſunt virtutes naturales ⁊ q̄dam ſupnaturales. Tertio est ibi paſſio vel paſſibilis qualitas q̄ cōuertit̃ in bonū ⁊ auertit̃ a malo. Quarto est actus elicitus ⁊ frequētatus circa p̄dcā materiā. Quinto ſequitur generatio habitus. Sexto cōſequunt̃ actus illiciti ab habitu pfecte virtuoſo.

F
Contra

Contra iſta. ⁊ primo cōtra p̄mā ꝙ dicit ꝙ ſunt tales habilitates in potētia appetitiua. videt̃ falſum: q2 fruſtra fit ꝑ plura ⁊c̃. ſʒ ꝑ ſolā variatōem corporalē in cōplexiōe cauſant̃ diuerſe habilitates i corpore nō in potentia: ſicut aliquis ex diſpoſitōe corporali est magis habilis ad actū tēperātie ꝙ fortitudinis ⁊ ecōtra. Vñ iſte habilitates variāt̃ ſm etates: q2 alia est habilitas i iuuene: alia in ſene. ⁊ aliq̄n in eodē hoīe est aliq̄n maior ⁊ aliq̄n minor. quo ptʒ ꝙ tales habilitates ſunt ponēde i corpore. ⁊ ꝑ ꝯñs fruſtra ponit̃ in potentia. Aliud dcm̄ ſuū est falſum ⁊ cōtra pħm ſcđo ethicoꝝ. ſcʒ ꝙ paſſio precedit actū. nā pħs dicit ꝙ i aīa ſunt tñ tria: ſcʒ paſſiones potentie ⁊ habitus ſʒ cōſtat ꝙ in aīa est actus. igit̃ ꝑ paſſionē itelligit actū. Si dicas ꝙ ſub potentia cōprehendit ſpēm ſenſibilē ⁊ ſub paſſione actū. Contra hoc dato pħs non haberet intentum: q2 ꝓbat ꝙ virtus est habitus. ꝑ hoc ꝙ nō est potentia nec paſſio: ſʒ ſi paſſio diſtinguit̃ ab actu i nullo cōcludit: q2 pōt dici ꝙ virtus est aliud a po

Aliter pōt dici ꝙ actus intrisece virtuosus nō pōt fieri nō virtuosus negatiue. etiā ꝑ naturā: q2 si corrumpatur actus prudentie necessario corrumpit̄ act⁹ virtuosus cuius prudētia erat directiua necessitate dico naturali pro eo ꝙ talis actus prudētie est causa efficiēs ⁊ obiectū: vt actualiter inherens necessario requisita ad causandū actum virtuosum ⁊ ad cōseruandū. ⁊ sic intelligit̄ inconueniens ad qḋ deducitur de virtuoso ⁊ non vicioso. tamē per potētiā dei absolutā potest fieri cōtrariū sicut prius probatū est: quia de illa potētia nō intelligebatur illud dictū. sic igitur p3 ꝙ ad actū rectū volūtat̄ necessario req̄rit̄ aliq̄ rō in intellectu: nō quidē aptitudinalis nec habitualis: ꝯ actualis modo predicto.

H Responsio ad questionem

Nūc vltra videndū si cū errore in aliqua ratione recta respectu alicuius obiecti pōt stare actus rectus in volūtate. vbi ponēde sunt alique distinctiones: quia actus volūtatis rect⁹ potest esse respectu eiusdem obiecti. respectu cuius est error in intellectu vel respectu alterius obiecti. sil'r error q̄dā est vincibilis ⁊ ille est culpabilis: vel est inuincibilis ⁊ ille nō est culpabilis. sil'r actus volūtatis pōt esse cōformis rationi erronee vel difformis ⁊ cōtra rōem erroneā.

Prima conclusio

Istis suppositis dico ꝑmo ꝙ act⁹ rect⁹ volūtatis moraliter ⁊ circa vnū obiectum potest stare cū errore i rōe circa aliḋ obiectū siue

ille error sit vincibilis siue non. Exemplū. ali-
quis pt velle virtuose castitatē: ꝛ tamē errare
circa fortitudinē. hoc ptꝫ p experientiā ꝛ pba
tur supra: ideo transeo. Scd̃o dico ꝙ act⁹ me-
ritorius circa vnū obiectū nō stat in volunta
te cum errore culpabili mortaliter circa aliud
obiectū: tamē stat cū errore inuincibili ꝛ cum
errore culpabili venialiter. hoc patet primo ꝙ
tū ad primā partē: quia qn̄ aliquis errat erro-
re vincibili ꝓpter quē peccat mortaliter omit
tendo vel committendo: puta q̃a fuit negligens
ad inuestigandū id qd̾ tenetur scire ꝛ vitare p
preceptū diuinū omittendo illam inuestigatō
nem voluntarie propter pigriciā vel aliā cau-
sam consimilē q̃ā posset vitare si vellet talis
omittendo actū volūtatis cū debuit efficaci-
ter imperasse intellectui inuestigare illud qd̾
sibi est necessariū ad salutē peccat mortaliter
peccato omissionis. ꝛ per ꝯns ille error quo er
rat circa tale obiectum est vincibilis ꝛ culpa-
bilis mortaliter nō quidem sic intelligēdo: q̃a
actus istius erroris sit intrinsece viciosus: quia
solus actus voluntatis est intrinsece virtuo-
sus vel viciosus sicut alibi patuit de cōnexio-
ne virtutū: sed est culpabilis ꝛ viciosus solum
quadā denoīatione extrinseca ab actu volun-
tatis. Ponēdo ꝙ peccatū omissiōis nō potest
esse sine peccato cōmissionis. tunc nolle tale
obiectū inuestigare esset hoc peccatū cōmissi-
onis vel aliqd̾ velle repugnans huic inuesti-
gationi ꝛ nō velle inuestigare esset peccatum
omissionis: tunc actus erroris diceretur vicio
sus propter illud nolle vel velle aliquē actum
cōsimilē a quo potest denoīari. vel si peccatū
omissionis nō presupponit peccatū cōmissio-
nis: tunc diceretur ille error viciosus ꝓpter a-
ctū voluntatis quo omittit inuestigare illud
qd̾ tenetur inuestigare sed quicq̄d sit de hoc si
talis omissio sit peccatū mortale non stat cuꝫ
caritate ꝛ per ꝯsequens stante tali errore non
potest talis voluntas elicere actū meritorium
circa qd̾cunqꝫ obiectū: q2 talis actio sine cari-
tate nō potest elici. Similiter cōclusio predi-
cta q̄tū ad scd̃am partem patet: q2 error inui-
cibilis nō est culpabilis quia nō est in potesta
te errantis. ꝛ per cōsequēs nō impedit actum
meritoriū circa qd̾cunqꝫ obiectū: quia nō cor-
rumpit demeritorie caritatē. similiter error vi-
cibilis ꝛ culpabilis venialiter qui generatꝰ ex
hoc ꝙ homo negligit inquirere aliquid qd̾ de
bet scire: tamen omittendo solū peccat venia-
liter non impedit caritateꝫ. ꝛ per consequens
nec actuꝫ meritoriū circa qd̾cunqꝫ obiectum.
Tertio dico ꝙ actus rectus in voluntate stat
cū errore inuincibili in intellectu eiusdem ob-
iecti. hoc patet per exemplū. ponatur aliquis
habens istam ratōem vniuersaleꝫ rectam oīm
indigenti in extrema necessitate est benefaci
endū ne pereat que ē euidēs ex notitia termi-
noꝝ. occurrente igitur aliquo paupere qui ap
paret indigere in extrema necessitate si volun
tas imperet intellectui vt inquirat si talis sic
indigeat: sicut apparet indigere facta inuesti
gatione per oēm viam possibilem poni si ex a-
liquo latente qd̾ non est in potestate sua scire
intellectus assentiat ꝙ talis indigeat sicut ap
paret indigere: licet non sic indigeat ſm veri-
tatem euidenter intellectus dictabit ꝙ tali q̄
sic apparet indigere: licet non sic indigeat est
subueniendū tanq̄ existenti in extrema neces
sitate. hic igitur ſm istam conclusiōem errat
intellectus: quia iudicat illum existere i extre-
ma necessitate qui non sic indiget ꝛ indicat ꝙ
sibi est subueniendū: cū ſm veritatem non est
sic subueniendū. ꝛ tamen voluntas volens ef
ficaciter sic ei subuenire: habet actum rectum
ꝛ virtuosum ꝛ meritoriū si hoc velit pro amo-
re dei. ꝛ per cōsequens actus rectus volunta-
tis: ꝛ error intellectus stāt simul respectu eius-
dem obiecti. ꝛ tota ratio est: quia ille error nō
est in potestate errantis ex quo posuit diligen
tiam quā debuit ad sciendū veritatem. ꝛ per
consequens ille error oēm peccatū excusat. et
ideo voluntas eliciens actum conformiter ta
li rationi erronee virtuose ꝛ meritorie agit: i-
mo stante tali errore si nollet sibi benefacere
haberet actum viciosum ꝛ demeritoriuꝫ: quia
talis actus eliceretur contra conscientiam ꝛ
rationem non culpabileꝫ. ꝛ hoc scienter: quia
posito casu predicto nescit se errare: sed credit
se habere rationem rectam. ꝛ per consequens
contemnendo eam peccat mortaliter. simili-
ter non volendo sibi efficaciter subuenire est
peccatum omissionis: quia tenetur velle illud
quod ratio non viciosa dictat esse volendum.
ꝛ per cōsequens omittendo illud peccat mor-
taliter: sed licꝫ hic sit ratio particularis errās
circa minorem ꝛ conclusiōem: tamē ratio vni-
uersalis est recta. ista scilꝫ ꝙ omni indigenti
in extrema necessitate est subueniendum. igi-
tur ꝛc̃. ꝛ hec ratio recta concurrit cum ratio-
ne erronea immediate formaliter ad causan-
dum illum actum voluntatis rectum. quod si
non esset in intellectu talis ratio recta: nullo
modo esset actus voluntatis virtuosus. ꝛ ideo
qui non assentiret huic propositioni. oīm indi-
gēti in extrema necessitate ꝛc̃. vel dissentiret
ꝓpter aliquā deceptiōeꝫ: ꝛ tamē erraret circa
cōclusiōem mō p̄dicto nullo modo pōt elicere
actū rectū voluntatis: sic aliquis fatuus forte

non assentiret huic ꝓpositioni ꝙuis sit per se nota: ideo talis q̄ non habet vsum ratōnis nō posset habere actū virtuosum respectu eiusdē obiecti. ⁊ tota ratio est: q: actus virtuosus necessario reqͥrit aliquā rationē rectā sicut prius patet. Si dicas aliquis habēs habitū prudentie ⁊ habitū virtuosum potest elicere actū ad quē inclinat virtus nō eliciendo actum ad quē inclinat prudentia: q: potest aliq̄d velle ꝰm inclinatōem virtutis non assentiendo per intellectū ꝙ illud est volendū. igitur pōt esse actus virtuosus cū solo habitu prudentie sine oī̄ alio actu. Respondeo ꝙ pōt dici ꝙ casus nō est possibilis: quia nihil est actualiter volitū nisi actualiter apprehensum ab intellectu: ⁊ tunc apprehensione facta statim intellectus naturaliter assentit: ⁊ ita ad eliciendū actum ꝰm inclinatōnem habitus virtuosi necessario requiritur actus prudentie. Tū q: virtus inclinat ad actū solū circa illud obiectum circa qd̄ versatur. nūc autem vt probatū est supra de cōnexione actus prudentie actualiter existēs est obiectū actus virtuosi. ⁊ ꝑ ꝯñs nō potest voluntas elicere actū aliquē mediante illa virtute: nisi existat actus prudentie tanq̄ obiectū illi⁹ q: si illa virtus inclinaret ad aliquē actū q̄ nō terminaret ad totū illud obiectū circa qd̄ generatur: q: omittitur aliqd̄ obiectū partiale sicut prudentia: sequeretur ꝙ ex illo actu nō augeret habitus virtuosus a quo elicitur: q: habitus augetur ex actibus elicitis circa idē obiectū oīno circa qd̄ primo generatur ille habit⁹ sed ille actus generaret illū habitū distinctū specie formaliter: q: ille actus habet aliud obiectū specie q̄ prius: q: obiectū illud partiale qd̄ nō est obiectū scd̄i actus eliciti ꝑ positū est alterius spēi ab obiecto scd̄i actus. sed hoc videtur satis absurdū ꝙ aliquis habitus naturaliter inclinat imediate ad actū generatiuū habitus distincte spēi sine oī̄ alio habitu occurrente ad causandū illū actū. igitur ⁊c. Tū q̄a superi⁹ est dictū ꝙ nō tantū ad causandū actū virtuosum cōcurrit actus prudentie sicut causa partialis ⁊ effectiua: ſ ad illū actū conseruandū naturaliter. ⁊ ratio est: q: causat vt existēs naturaliter actualiter obiectū istius act⁹ quo nō existente nō pōt naturaliter causari nec cōseruari. igitur nec eodē modo pōt aliquis actus elici a virtute generata nisi actus prudētie sit causa illius actus tanq̄ obiectum eius actualiter existens: q: nō videtur alia ratio q̄ cogat ponere ꝙ actus prudentie sit causa primi actus virtuosi q̄ primo generat habitū q̄n eadē cogat ꝙ sit causa actus scd̄i eliciti ab habitu cū vterq; actus sit eque virtuosus ⁊ vterq; generetur licet ad generatōem scd̄i actus cōcurrat aliq̄ causa q̄ nō cōcurrebat ad gn̄atōem primi: puta habitus virtuosus gn̄atus ex actu primo et vterq; habet idē obiectū totale ꝑ oīa: ⁊ iō casus predictus nō videtur possibilis. Aliter pōt dici supponēdo casum esse possibilē ꝙ si voluntas posset elicere actū mediāte virtute sine actu prudētie actualiter existēte i intellectu: q: talis actus nō est virtuosus ꝑfecte sicut ꝑus: q̄a deficit vnū obiectū partiale ⁊ vna circūstātia necessario reqͥsita ad hoc ꝙ ille actus sit virtuosus: puta act⁹ prudētie ſ poti⁹ eliceretur sic fatuus vel furiosus eliceret aliquē actū mediante virtute ꝑus gn̄ata i volūtate tali sine recta rōne: q: i illis nō est vsus rōnis. si tū sit hoc possibile: q: credo firmiter ꝙ in talib⁹ nō pt̄ elici aliquis act⁹ intellect⁹ maxime iudicatiu⁹: lȝ forte in eis posset esse act⁹ apprehensiua rerū incōplexoꝝ nō rerū cōplexoꝝ: q: ad illū cōcurrit act⁹ volūtatis sicut alibi pȝ: ⁊ ita tales nō pn̄t hr̄e aliquē actū volūtatis. ⁊ iō vterq; casus ꝑdictus videtur simplr̄ impossibilis. Quarto dico ꝙ act⁹ rectus in volūtate nō stat cū errore vicibili ⁊ culpabili in intellectu eiusdē obiecti ꝙuis posset simul stare respectu diuersoꝝ obiectoꝝ sicut prius dcm̄ est. hec ꝯclusio pȝ: q: talis actus volūtatis: aut eliceretur ꝯformiter rōni erronee aut difformiter. si ꝑmo modo nō est actus virtuosus sine rect⁹: q: ille error nō excusat aliquē actū sibi elicitū ꝯformiter a pctō: ſ aggrauat magis: q: in ptāte talis fuit nō errare tali errore ad quē sequitur voluntatē ꝯformiter volentē errare. aliter nō esset error culpabilis

2 Quarta cōclu

Quia act⁹ erroris i se: nec est virtuosus nec viciosus nisi denoīatōe extrinseca: ſ solū ē viciosus respectu actus volūtatis ad quē inclinat. forte ita est. vñ pōt dici viciosus ꝑpter actū omissionis quo volūtas debuit imperasse intellectui inuestigare circūstātias necessarias ad illū actū virtuosū: ita vt nō gn̄aretur talis error in intellectu ⁊ nō īperauit. ⁊ sic peccauit pctō omissionis omittēdo illū actū quē debuit elicere: ⁊ volūtas eliciens cōformiter actū illum illi rōni erronee peccat: q: semper peccat voluntas pctō cōmissionis q̄n elicit aliquē actū ad cuius oppositū obligatur per preceptū diuinū vel ordinatōem diuinā vel alio mō obligatur ad oppositū ⁊ nunq̄ aliter peccat nunc autē voluntas obligatur ad eliciendū conformiter rationi recte. igitur eliciendo actū contra ratōez rectā: q: ꝯformiter rōni erronee culpabili facit oppositum illi⁹ qd̄ tenetur facere ⁊ ꝑ ꝯsequens peccat in eliciendo talem actum ⁊ nō recte agit: q: si recte ageret: nō teneretur elicere actū oppositū. vnde licet nō teneatur

voluntas elicere conformiter actū rōni recte q̄ opponit rōni erronee inuincibili: quia talis error nō est in potestate hoīs errantis: ⁊ ideo excusat voluntatē ꝙ non tenetur facere cōformiter rationi recte opposite: imo eliciēdo conformiter tali rationi erronee nō peccat: ꝭ agit virtuose ⁊ eliciendo actū contra illum errorē peccat ⁊ errat: lz in quātita sit tamē voluntas teneṫ elicere cōformiter rationi recte que opponitur rationi erronee vincibili ⁊ culpabili ⁊ hoc q: talis est in potestate errantis: q: potuit non errasse si voluisset. ⁊ per ɔñs eliciendo actum conformiter rationi erronee vincibili peccat: q: elicit actū quē non debet elicere: imo oppositū actū tenetur elicere: q: ille error nō excusat eum: sed potius aggrauat: quia talis peccat duplici peccato: scz cōmissionis eliciendo ɔformiter rationi erronee culpabili ⁊ omissionis omittendo actū oppositū quē tenetur elicere. ⁊ sic aggrauat error tolis ⁊ nō excusat. si autē voluntas eliciat actū difformiter rationi erronee culpabili: puta cōtra talē rationē peccat etiā duplici peccato cōmissionis eliciendo actū contra rationē quā credit esse verā. ⁊ sic peccat faciendo contra conscientiā ꝑ contemptū illius qđ debet esse regula sua in agendo. etiā teneṫ se ɔformare dictamini ⁊c̄. in operando siue sit rectū siue erroneū ꝑ consequēs ɔformando se omittit illū actū quē tenetur elicere: ⁊ sic peccat pctō omissionis. si aūt nullū actū eliciat nec cōformiter rationi erronee nec difformiter: ꝭ oēm actū suspendit: tūc peccat duplici peccato omissionis omittēdo illum actū quē tenetur conformiter elicere rationi recte que opponitur rationi erronee predicte ⁊ omittendo actū quē tenetur conformiter elicere rationi erronee: q: aliter faciēdo cōtra illā rationē nō peccaret nisi teneretur cōformare se in operando dictamini erronee rationis: ⁊ ꝑ ɔñs talis necessario peccat ⁊ est perplexus ⁊ siue voluntas operatur conformiter illi rationi siue difformiter siue nihil operetur semꝑ peccet vno mō vel alio modo. ⁊ ideo summū remediū tali q̄ peccat est dimittere conscientiā ⁊ ratōem illā erroneā qđ potest fieri per inuestigatōem veritatis. Si dicas ꝙ non videtur rationabile ꝙ aliquis teneaṫ agere conformiter rationi erronee vincibili: q: teneṫ ad eliciendū actū oppositū: puta ad eliciendū cōformiter rationi recte que opponiṫ rationi erronee predicte. ⁊ sic talis simul obligaretur ad eliciendū actus oppositos. Respondeo. licet superius dicaṫ ꝙ errans errore vincibili tenetur agere conformiter rationi erronee. tamen hoc nō est verū: q: agendo conformiter peccat, ⁊ nullus obligatur ad peccandū: sed pro tanto peccat discordando cū ratione erronea: q̄a cōtēnit ratōem quā credit esse rectā: quia si recta esset deberet esse regula sua ⁊ agendo difformiter peccat. nō q: tenetur elicere actū oppositū: scz rationi erronee conformare: sed q̄a teneṫ ad oppositū negatiue: hoc est teneṫ non elicere actū discordantē a ratione erronea ne contēnat. similr ogendo conformiter illi rationi dicitur semper peccare: quia tenetur elicere actū oppositū puta discordantē a tali ratione: quia eliciendo talē actum peccat. nec actū cōformem rationi recte opposite. quia hoc non oportet: sed quia tenetur non elicere actū conformiter tali rationi erronee. ⁊ sic tenetur ad oppositū negatiue. ⁊ sic intelligenda est illa ꝓpositio generalis ꝙ nullus peccat nisi qui tenetur ad oppositū illius qđ facit. Sic igitur patet quomodo actus rectus in volūtate stat cum errore in ratione ⁊ quomodo non ⁊ respectu cuius obiecti. ⁊ de hoc quere prius questione de cōnexiōe virtutū. Sed hic sunt aliqua dubia. Primū est ꝙ voluntas agens conformiter rationi erronee inuincibili non sit simpliciter recta cuius oppositū prius dictum est quia illa voluntas est recta que in operando conformatur voluntati diuine tanq̄ sue regule: ⁊ illa non est recta que discordat ab intellectu diuino ⁊ voluntate diuina in volēdo: ꝭ voluntas agens predicto modo discordat a iudicio intellectus diuini ⁊ volūtate diuina: quia deus iudicat ꝙ illi qui sm̄ veritatem non indiget extrema necessitate non est subueniendū tanq̄ sit indigens ⁊ volūtas creata vult ꝙ tali sic subueniatur. ergo voluntas creata volēs sibi sic subuenire vult oppositum illius quod deus iudicat sic esse volendum ⁊ qđ deus vult ⁊ per consequens discordando o voluntate diuina peccabit. Scdm̄ est. vtrū peccatū commissionis ⁊ omissionis necessario concomitātur se: videtur ꝙ sic quia aliquis nunq̄ peccat peccato cōmissiōis: nisi quia facit aliquid qđ tenetur non facere vel eius oppositum facere igitur talis omittit illud ad qđ obligatur. ⁊ ꝑ consequens peccat peccato omissionis. Similiter vt videtur nunq̄ aliquis peccat peccato omissionis nisi nolendo actum: quem actum tenetur velle vel volendo actum contrarium illi actui quē tenetur velle sicut si teneaṫ diligere deū super oīa die dñico ⁊ toto illo die plꝰ diligat actus venereos q̄ deum. hic peccat duplici peccato commissionis ⁊ omissionis. Preterea nullus peccat peccato omissiōis nisi suspendendo actum quem tenetur elicere: sed tale suspendere est elicere actū. n. ergo ⁊c̄.

Primū dubiū

Secōm dubiū

Tertiũ dubiũ

Tertiũ dubiũ est de hoc q̄ꝺ dicit' ꝙ voluntas tenet' velle dictatũ a rõne errõnea errore inuincibili esse volendũ: q̄ꝛ tale dictatũ ẽ malũ: ponam⁹ ꝙ ita sit: nũc aũt malũ sub rõne mali nõ est volitũ nec volibile: q̄ꝛ sicut oẽ volitũ vl' volibile est solũ bonũ existẽs vl' apparẽs solũ: ita oẽ nolitũ ꝛ nolibile est malũ exñs vl' apparẽs ꝛ ꝑ ꝯñs nullũ bonũ est nolitũ nec esse põt: nec aliq̄ꝺ malũ est volitũ nec esse põt.

Quartũ dubiũ.

Quartum dubiũ est de dictato a rõne errõnea vincibili vl' inuincibili rõe recta vl' nõ: nõ curo ad p̄ñs: q̄ꝛ tale dictatũ siue apprehensio talis dictati aliq̃n causat delectatõem in appetitu sensitiuo: vt p̄z de apprehẽsione alicui⁹ obiecti pulchri ꝛ delectabilis aliq̃n apprehẽsio illius dictati a rõne causat dolorẽ i appetitu sensitiuo sicut aliq̄s ymaginãs mortẽ vel bellũ mortale futurũ timet ꝛ dolet in appetitu: nũc aũt regulariter ita est ꝑ statu isto ꝙ voluntas magis inclinat' ad volendũ obiectũ: cuius apprehẽsio causat delectatõem in appetitu sensitiuo. ꝛ nolendũ illud cuius apprehẽsio causat dolorẽ in eodẽ appetitu. Tũc est dubiũ q̃ est cã istius inclinatõis ꝛ q̃ est cã istoꝝ actuũ: sic difformiter elicitoꝝ. nã volũtas: q̄ꝛ ipa est libera respectu cuiuscũq; actus eliciti ab ea. ꝛ ꝑ ꝯñs de se nõ pl⁹ determinat' ad vnũ actũ ꝙ ad aliũ. nec cagnitia intellectiua: q̄ꝛ sicut rõ recta vl' errõnea põt dictare ꝙ aliq̄ꝺ delectabile appetitui sensitiuo est volendũ: ita põt dictare ꝙ mors sit volẽda ꝛ ꝑ ꝯñs post dictamẽ est cã vniformit' vtrobiq̄ꝛ: ꝛ tñ nõ obstante tali dictamine volũtas inclinat' ad act⁹ appositos respectu istoꝝ actuũ q̄ꝛ ad volendũ vnũ ꝛ nolendũ aliud q̃ igit' est cã istius difformitatis.

Quintũ dubium

Quintũ dubiũ ẽ vtrũ aliq̄s habẽs rõnem errõneam põt stãre errore scire se errare vl' credere. videt' ꝙ sic: q̄ꝛ alit' nõ põt dimittere errorẽ. igit' ꝛc.

Ad p̄mũ dubiũ

Ad p̄mũ istoꝝ dico, ꝙ nã semꝑ volũtas est recta q̄ cõformatur volũtati diuine in obiecto volito: nã aliq̃n vult deus aliq̄ꝺ: ꝛ tñ vult creaturã nolle illud Exẽplũ. deus ab eterno voluit mortẽ xp̄i: ꝛ tñ noluit iudeos velle mortẽ eius eo mõ quo est mortu⁹ ab eis. Silr ponit Augustin⁹ exẽplum ꝙ deus vult patrẽ meũ mori: ꝛ tñ non vult me velle mortẽ patris mei. nũc aũt q̃n volo aliq̄ꝺ q̄ꝺ deus vult me nolle: lꝫ illud sit volitũ a deo tñ pecco maxime si sciã deũ me nolle illud. q̄a tũc scienter discordo a reglã cui me teneor in actibus meis cõformare. ꝛ ꝑ ꝯñs pecco. Et ex hoc põt patere ſm illã viã q̃ ponit ꝙ deus est cã imediata cuiuslibꝫ actus nr̃i volẽdo illũ actũ esse quõ nos in actu aliquo peccam⁹: lꝫ de⁹ vellet actũ illũ esse imediate ab eo partialit' concurrente volũtate: q̄ꝛ lꝫ volũtas creata velit illud q̄ꝺ deus vult: q̄ꝛ deus vult illũ actũ esse aliter nã fieret: tñ nã peccat: ſꝫ voluntas nr̃a peccat: q̄ꝛ volũtas diuina nõ tenet' velle oppositũ ea ꝙ ad nihil obligat': ſꝫ voluntas creata tenet' velle oppositũ: q̄ꝛ tenet' velle q̄ꝺ deus vult eã velle. nũc aũt q̃n deus velit actum pc̄ti esse: tñ de⁹ vult volũtatẽ creatã nolle illũ actũ pc̄ti vl' saltẽ nõ velle: ꝛ ꝑ ꝯñs volũtas creata volẽda illũ actũ quẽ deus peccat: q̄ꝛ obligat' ad oppositũ. nec etiã deus vult istũ actũ esse absolute sed tñ volũtate ꝯñte siue ꝯditionata: q̄ꝛ deus vult illũ actũ esse si creatura vult: ſꝫ vult creaturã nã velle illũ actũ si placeat sibi. sic igitur p̄z ꝙ volũtas nõ semꝑ tenet' se cõformare volũtati diuine in volito: imo frequẽter cõformãdo se illi volũtati in volito peccabit ꝑpt' causam dictã: ſꝫ tenet' se ꝯformare volũtati diuine in circũstãtia obiecti voliti: puta q̄ꝛ tenet' velle q̄ꝺ de⁹ vult eã velle. Ad istã est opinio Ioh. q̃re vbi q̃rit istã questionẽ. Ad ꝓpositũ dico ꝙ q̃uis itellectus diuin⁹ dicret ꝙ tali nõ sit subueniendũ mõ p̄dicto ꝛ volũtas dei nolit ꝙ sic ei subueniat'. tñ volũtas creata sequẽs rõnem errõneã errore inuincibili est volũtas recta: q̄ꝛ volũtas diuina vult eã sequi rõnem nõ culpabilẽ. ꝛ sic faciendo cõtra illã rõnem peccat: q̄a obligat' ad oppositũ. Et si dicas ꝙ volũtas diuina nõ vult sibi sic subuẽire: imo respectu huius hꝫ sic actũ nolẽdi. igitur volũtas volẽdo sibi subuenire peccet: q̄ꝛ vult illud q̄ꝺ deus vult eũ nolle. R̃ndeo si sciret ꝙ deus nollet eũ velle subuenire: ꝛ tunc ipe vellet illũ actũ peccaret nũc aũt ꝑ casum errat tñ ꝙ credit deũ se velle illũ actũ quẽ deus vult eũ nolle: ꝛ õ ille excusat' igit' ꝛc.

Ad secun

Ad aliud dico ꝙ pc̄tm̃ cõmissionis a pc̄tõ omissionis est oĩno separabile: ita ꝙ ꝑ potẽtiã diuinã vere põt fieri sine alio: ꝛ ecõuerso Mantẽ pc̄tm̃ omissionis põt esse sine peccato cõmissionis. p̄z: q̄ꝛ ponam⁹ ꝙ aliquis teneatur deũ diligere die dñico nõ habito impedimẽto talis seq̄stratus ab oĩ impedimẽto põt nõ diligere deũ toto illo die manifestũ est: q̄ꝛ si necessitaret' ad diligendũ deũ toto illo die: tunc nõ mereret' in diligendo. potest igit' deũ nõ diligere ꝛ ꝑ ꝯñs peccare pc̄tõ omissionis talis, sic peccans necessario peccabit pc̄tã ꝯmissionis ꝑ te. q̄ro de illo actu volũtatis quo peccat peccato cõmissionis siue sit actus nolendi diligere deũ siue sit actus cõtrarius dilectõis dei: aut est in potestate voluntatis sic ꝙ voluntas stante pc̄tõ omissionis potest scꝫ actũ cõmissionis elicere ꝛ nõ elicere vl' nõ potest non elicere: sed statim ꝛ necessario elicit stante p̄mo pc̄tõ. si primo mõ igitur põt volũtas illũ actũ nõ elicere: ꝛ per ꝯñs põt nã peccare pc̄tã com-

hec ratio ostendit dabile esse peccatum pure omissionis in quo nil sit positivum

missionis: ⁊ dimittēdo actū diligēdi deū peccet peccato omissiōis. igitur pōt peccare peccato omissionis nō peccādo peccato cōmissionis. Si detur scḋm. igitur eliciēdo illū actuʒ nō peccabit. quia nullus peccabit in eo qḋ vitare nō pōt. Nā peccatū adeo est volūtariū ꝙ si nō sit voluntariū non est peccatū ſm Augustinuʒ. Si igitur ille actus nō sit in potestate voluntatis modo predicto: sed necessario volūtas eliciat illū actū. volūtas in eliciēdo illū actū nō peccabit. ⁊ per ꝯsequēs siue sit in potestate volūtatis siue non: pōt peccare peccato omissionis: nō peccādo peccato cōmissiōis. Si dicas ꝙ ille actus cōmissionis absolute est in potestate volūtatis: tñ supposito illo antecedēte ꝙ peccat peccato ꝯmissiōis. tūc nō est in ptāte volūtatis: cuʒ hoc nō stat ꝙ peccet illo actu: sicut ebrius occidēs hoiem in ebrietate facit actū qui nō est in ptāte sua. q̄a pro tūc nō habet vsum rōnis: ⁊ tamē tūc peccet ꝯmittēdo homicidiū. eodem modo est in ꝓposito. Respondeo. si talis nō habet vsum rationis nec actū volūtatis: tūc nullo modo peccet faciēdo illud homicidiū nō plus ꝙ si nō faceret et tñ talis meret̄ duplicē increpationē apud homies qui habēt iudicare de malefactis manifestis ⁊ nō de occultis. ⁊ hoc ne euertat̄ respublica: sed corā deo nō meretur aliquā increpationē: nisi pro primo actu quo volūtarie se inebriauit. hoc clarum est. tenēdo illā opinionē ꝙ solū actus volūtatis est virtuosus vel viciosus ⁊ nō actus exterior. sic igitur pꝫ ꝙ peccatū omissionis pōt esse sine peccato cōmissionis. Similiter peccatū cōmissionis pōt esse sine peccato omissionis. Q sit distinctū peccatū patet. Nā aliquis obligatur ad non eliciēdū actū contrariū actui alicuius precepti pro aliquo tēpore: ꝓ quo tñ nō obligatur ad eliciēdum affirmationē ⁊ positiuuʒ illius precepti. Exemplū. aliquis obligatur ad non odiendū deū: qñ nō tenetur positiue diligere deū talis igitur pōt odire deū. ⁊ per cōsequens peccare peccato ꝯmissionis: ⁊ tñ ille nō necessario peccet peccato omissionis. quia si sic. hoc nō esset nisi omittēdo actū dilectiōis oppositū actui odij. sed omittēdo hanc dilectionē nō peccat quia regularetur: sicut nullus peccat peccato cōmissionis nisi eliciendo actū quē tenetur nō elicere. ita nullus peccat peccato omissionis nisi omittēdo actū queʒ tenet̄ elicere. nūc aūt per positū quādo elicit actū odiēdi nō tenetur deū pro tūc diligere. igitur ⁊c. Nec obligatur pro tūc ad actū affirmatiuū alicui⁹ precepti: saltē hoc est possibile. igitur pōt aliquis peccare peccato ꝯmissionis: nō peccādo peccato omissionis. Si loq̄mur de peccato omissionis: qḋ est distinctuʒ peccatū a peccato cōmissionis sic semper qui peccat peccato ꝯmissionis peccat etiā peccato omissionis. q̄a quicunqʒ peccat peccato cōmissionis nō omittit actū quē tenetur omittere. ⁊ per ꝯñs nō omittēdo illuʒ actū peccat peccato omissionis. sed aliter capitur in precedētibus casibus. et hoc quia in illis dicitur peccatū omissionis: qñ aliquis omittit actū quē tenetur elicere. hic aūt quia nō omittit actū quē tenetur omittere. et ita in primo casu est peccatū omissionis ꝓprie in secūdo est peccatū nō omissionis. Q autē qñ aliquis peccat peccato ꝯmissionis: nō peccat peccato omissionis tanq̄ distincto peccato. ꝓbatur sicut ꝯclusio precedēs de separabilitate omissionis a cōmissione. quia aut est in ptāte omittētis omittere illū actū: aut non. si sic. igitur pt illud peccatū omittere libere vel nō omittere: sicut pꝫ. ⁊ per ꝯñs pōt non omittere. ⁊ per ꝯñs nō peccare peccato omissionis qḋ est ꝓpositū. quia sicut arguitur de vno ita de quolibet si nō est in ptāte eius nō omittere illū actū. igitur necessario omittit illū. igit̄ nō peccet. ꝓbatur sicut cōclusio precedēs. ideo dico ꝙ vnū peccatū pōt separari ab alio ⁊ econtra. Ad rationē pro illo dubio dico ad primā ꝙ nunq̄ est peccatū omissionis: nisi quādo q̄s facit qḋ tenetur nō facere vel tenetur elicere actū oppositū ⁊c. ⁊ ideo cōcedo ꝙ talis semꝑ omittit illud ad qḋ obligatur. sed nō semper omittit distinctū actuʒ ab actu ad quē eliciēdum pro tūc obligatur. quia nō semꝑ obligat̄ ad talē actū: sed omittit istū actū cōmissionis quē tenetur nō cōmittere. quia istū actū tenetur nō elicere. ⁊ ideo talis omissio semꝑ sequitur peccatū cōmissionis: sed istud nō est peccatū distinctū a cōmissiōe. Si dicas ꝙ omissio semꝑ necessario sequitur peccatū cōmissionis q̄a talis omissio nō est semꝑ peccatū ſm principia tua. Respondeo. verū est ꝙ nō est peccatum distinctū a cōmissione. et dico ꝙ libere omittit sicut libere cōmittit. quia vtraqʒ tam omissio q̄ ꝯmissio est in ptāte volūtatis. licet vnuʒ necessario inferat aliud sicut antecedēs infert cōsequēs. sed sic nō est de peccato omissionis distincto. quia illud est imediate in ptāte volūtatis: etiā quocūqʒ peccato cōmissiōis posito: ⁊ aliter nō essʒ peccatū distinctū: sicut ꝓbat argumentū. Ad aliud nego assumptū. quia sicut prius satis efficaciter ꝓbatū est aliquis pōt peccare pctō omissionis: nullū actuʒ penitus eliciēdo: saltē nullū actū peccati: nec velle contrariū actui illi quē tenet̄ elicere: nec nolle illū actū quē tenet̄ elicere. q̄a pōt hec tali

Q

R

materia non cogitare: ⁊ per cõsequens nec velle nec nolle. ⁊ ideo assumptū est falsum simpliciter. Per idē ad tertiū dico ꝙ suspendere actū non est semper actus positiuus. bene enim aliquis actus suspenditur quādo actus cōtrarius elicitur: sed aliquādo potest actus suspendi ⁊ nullus alius elici. ⁊ hoc est proprie suspendere actū non elicere actum.

S
Ad tertiū dubiū

Ad tertiū dico ꝙ bonū accipitur dupliciter. vno modo vt diuiditur in bonū honestū ⁊ delectabile. alio modo bonū idē est qđ volitum: vel accipitur pro omni illo qđ est volibile. Et eodē modo malum accipitur dupliciter vt opponitur bono primo modo dicto vel vt accipitur pro aliquo qđ est nolibile vel nolitū. Accipiendo bonū primo modo ⁊ malū prout opponitur bono. primo modo sic dico ꝙ voluntas potest velle malū qđ nec est bonū realiter nec apparēter. ⁊ potest nolle bonū qđ nec est malū realiter nec apparēter. Prima pars istius cōclusionis patet: quia aliter sequeretur ꝙ nec posset mereri nec demereri cōmittēdo circa qđcunqꝫ obiectū malum realiter ⁊ dictatū a recta ratione esse tale. qđ probo: quia accipio aliqđ tale obiectū peccati mortalis: puta colere deos alienos malum est. Ponamus igitur ꝙ intellectus dicter hoc eē malū: quia tunc est malū realiter ⁊ apparēter. quia hoc solum voco realiter apparēter bonū vel malū qđ iudicatur ab intellectu bonū vel malū. ⁊ si iudicetur ab intellectu recto non errante esse tale: tūc nō solum est apparēter bonū vel malum: sed realiter. quia sic dictat intellectus esse sicut est in re. stante ꝙ iudicetur ab intellectu errante: tūc est solum bonū vel malū apparēter et nō realiter hoc supposito. quero tūc vtrum volūtas potest velle hoc malū colere deos alienos dictatū tale esse ab intellectu vel nō. si sic habetur propositū ꝙ voluntas potest velle malū: qđ est malū realiter ⁊ apparēter ⁊ nullo modo bonū primo modo acceptū. si nō potest velle hoc malū sic dictatū. igitur volūtas nūꝙ potest peccare circa illud obiectū peccato cōmissionis: quia nō peccaret tali peccato nisi volēdo oppositū illius qđ dictat recta ratio circa predictū obiectū: quia in nolēdo illud qđ est dictatū a recta ratione esse nolēdum nō peccat: imo magis meretur. igitur si volūtas potest peccare peccato cōmissionis circa illud obiectū: hoc est volēdo illud quod est dictatū a recta ratōe esse malū.

T

Si igitur nō potest velle tale malū sic dictatum: nō potest peccare peccato cōmissionis: nūc autē apparet verū ſꝫ leges dei cōiter ordinatas ꝙ volūtas viatoris nō potest mereri circa aliqđ nisi circa illud posset demereri cōmittēdo: licet cū christus ⁊ beata virgo potuerūt mereri circa mala obiecta et nullo modo demereri. hoc fuit in eis ex speciali dispensatiōe diuina. sed de alijs videtur propositio assumpta generaliter vera. Si cū volūtas nō pōt velle predictū obiectū: nō pōt demereri. ⁊ per cōsequens nō pōt mereri in nolēdo illud malū sic dictatū. et per cōsequens aufertur omīs ratio merendi ⁊ demerēdi circa talia obiecta: qđ est erroneum dicere. Si dicas ꝙ pōt mereri eliciēdo actū volēdi circa illud obiectū quia actus volendi est in ptāte sua. sic videlicet ꝙ pōt libere cessare ab illo actu ⁊ libere elicere. licꝫ nō possit elicere aliū actū. hoc nō valet. quia licet istud sit solum verū de aliquibus: puta de xp̄o ⁊ beata virgine quādo fuerūt viatores. hoc tamē fuit ex speciali preseruatiōe et ordinatione diuina qua voluit nō cōcurrere cū volitionib⁹ eoꝝ ad eliciendū actū peccati. igitur vbi non est tale speciale priuilegiū: ibi dicitur generaliter esse verū. ꝙ si volūtas pōt mereri circa aliqđ obiectū: pōt demereri cōmittendo circa illud obiectū. ⁊ ꝑ cōsequens in alia volūtate a volūtate xp̄i ⁊ beate virginis nō habet ista ratio locū. Peridē mediū per omīa pōt probari secunda pars cōclusionis predicte. scꝫ ꝙ voluntas pōt nolle bonū primo modo acceptū: qđ nō habet rationē mali: nec realiter nec apparēter. puta quia realiter est. ⁊ sic dictatur ab intellectu et est mediū. quia volūtas circa qđcunqꝫ obiectū pōt mereri eliciēdo actū: ⁊ pōt demereri cōmittēdo. et ꝑ cōsequens si pōt mereri eliciēdo actū volēdi circa tale obiectū bonū pōt demereri eliciēdo actū nolēdi circa idē bonū nisi sit impedimētū speciale: sicut supra dictū est. vel auferetur oīno ratio merendi ⁊ demerēdi circa omē obiectū: qđ est absurdū dicere. sic igitur patet predicta cōclusio. Scđo dico ꝙ accipiēdo bonū ⁊ malū secūdo modo. sic voluntas nō pōt velle aliquid nisi bonū: nec nolle aliquid nisi malū vel sub ratione mali. hoc patet. quia sic accipiēdo bonū idē est qđ volitū vel volibile. malū idē est ꝙ nolitū siue nolibile. tūc autē videtur cōtradicere ꝙ voluntas velit aliud nisi sit volitū ⁊ volibile. igitur ⁊c. Et sic possunt glosari auctoritates ⁊ dicta sanctorū: qui dicunt ꝙ voluntas nō pōt velle aliquid nisi sit bonū realiter: vel sub ratione boni apparēter similiter non pōt nolle aliquid nisi sit malū et sub ratione mali.

V
Ad q̄rtū dubiū

Ad quartum dubiū dico ꝙ difficile est dare causam quare voluntas plus inclinatur ad nolendū illud obiectum qđ causat dolorem in appetitu sensitiuo. quia nec cognitio dictatiua potest esse causa illius inclinatiōis. quia cognitio dictatiua pōt esse eque

intensa ad volendū aliquid qđ causat dolorē in appetitu sensitiuo sicut ad volendum illud qđ causat delectationē:immo forte intensior saltem hoc est possibile:⁊ tamē hoc non obstā te volūtas inclinatur ad contrarium illius di ctati a ratione recta. patet per experientiam si intellectus dictat mortē esse suscipiendam pro republica voluntas quasi naturaliter in clinatur ad cōtrarium nec actus nec delecta tio appetitus sensitiui potest sic inclinare vo luntatem:quin q̄tūcūq; delectatio sit inten sa in appetitu sensitiuo potest voluntas ex li bertate sua velle contrariū.⁊ ideo nō apparet vt videtur alia causa inclinationis volūtatis naturalis dico nisi quia natura rei talis est.et hoc innotescit nobis per experiētiam. Scđo dico ꝙ potest reddi aliqua causa quare causa tur actus volēdi respectu obiecti qđ causat de lectatiōem in appetitu sensitiuo ⁊ actus nolē di respectu obiecti qđ causat dolorem in eodē quia potest dici ꝙ actus appetitus sensitiui si ue inclino ipa delectatiō in appetitu sensitiuo est causa effectiua partialis imediate concur rēs cum volūtate ⁊ cognitiōe talis obiecti ad causandū volitiōem.⁊ similiter dolor est causa effectiua partialis ad causandū actum nolen di respectu talis obiecti.⁊ ideo posito delecta tione in appetitu sensitiuo potest faciliter a ctus volēdi causari in volūtate respectu illius obiecti:⁊ ipa nō posita nō pōt ibi faciliter ta lis actus causari:quia tunc deficit vna causa partialis requisita ad eliciēdum talem actum faciliter vel saltem intense.⁊ eodem modo po sito dolore in appetitu sensitiuo potest facili ter causari actus nolendi respectu talis obie cti in volūtate ⁊ nō actus volendi:quia dolor est causa effectiua partialis imediate causans cū alijs actum nolēdi.⁊ nō est causa ad causan dum actum volēdi ⁊ ipo dolore deficiēte non potest talis actus nolendi ita faciliter causa ri.nec videtur plus incōueniēs ꝙ aliqua qua litas in appetitu sensitiuo:puta delectatio vl̄ dolor vl̄ alius actus appetitus sit immediate causa respectu alicuius actus voluntatis q̄ ꝙ res extra sit imediate causa respectu actus as sentiendi ⁊ dissentiendi in intellectu:sed vnū est verū:igitur ⁊ aliud. Sed istis nō obstanti bus nō redditur causa quare voluntas plus vl̄ minus inclinatur positis talibus passiōibus in appetitu sensitiuo:quia q̄tūcūq; ponatur delectatio vehemēs in sensu ⁊ cognitio dicta tiua in intellectu ⁊ alia concurrente ad actū adhuc est in potestate volūtatis elicere actū volendi respectu illius obiecti vel nolendi vl̄ nullum actū elicere,⁊ ideo respectu illius in clinatiōis voluntatis nō videtur posse reddi aliqua causa nisi quia natura rei talis ē.⁊ hoc innotescit nobis per experiētiam. Utrum ali quis pot est se scire errare. Ad quitum dubiū dico ꝙ cōtradictio est ꝙ aliquis errās circa a liquam cōclusionem in particulari stāte erro ri sciat se errare vel etiam credat se errare. cu ius ratio est:quia si erret circa cōclusionem a liquam veram ⁊ necessariā puta circa istam. deus est.igitur respectu istius cōclusionis ha bet habitum erroris quo dissentit huic cōclu sioni:quia si assentiret nō erraret tunc:⁊ si sciat se errare circa istam cōclusiōem:tūc scit illam cōclusionem esse veram cui dissentit tanq̄ fal se:quia aliter īpossibile est ꝙ sciat se errare cir ca istam cōclusionē nisi sciendo propositiōem esse veram.igitur dissentit tanq̄ false.⁊ si sciat illam conclusionem esse veram.igitur assentit huic propositioni:quia hoc est scire aliquā pro positiōem esse veram sibi assentire.igitur a pri mo ad vltimū si stante errore potest scire se er rare posset eidem cōclusioni assentire ⁊ dissen tire qđ includit repugnātiam.eodē modo po test argui respectu cōclusionis false. Potest tamen in generali forte se errare credere sicut aliquis cognoscēs multa credens se in aliqui bus errare:licet nesciat i speciali in quibus er rat:sed in generali non potest scire se errare,⁊ scire cū hoc errare. qꝛ scire aliquid proprie est euidēter hoc scire.nūc autē nō potest euidenter scire se errare nisi euidenter assentiat se errore circa aliquā propositiōem in speciali:quo assē sus non stat simul cum errore. pōt aūt scire se errasse:quia destructo errore respectu predicte conclusionis:⁊ ipa cōclusione scita potest sci re se aliquando errasse:quia potest recordare se habuisse habitum erroris respectu illius cō clusionis. Sed tunc est dubiū propter argu mentum si potest scire se aliquādo errare quo modo ergo potest dimittere errorem. Respō deo propter aliquod mediū sibi modo notum qđ non fuit primo sibi notum siue per doctri nam siue per inuentiōem siue per aliam viam potest tunc de nouo alicui assentire conclusio ni cui primo dissensit.⁊ sic paulatim habitus erroris corrumpitur ⁊ post habitus scientie ge neratur modo quo alibi dictum est. De ista du bitatiōe quere plus in questione de verbo quo modo potest aliquis mentiri ⁊ non mentiri.

Ad qūni dubiū

y

Dubitatur

Respōdetur

Questio decimaquarta.

Circa dolores et delectatiōes ⁊ tristicias. Sciēdū est primo ꝙ dolor qui proprie ē pas sio ⁊ qualitas appetitus sensitiui ⁊ ab appre

c

Questio XIIII determinatiue p cedit,primo duo probans

hensione sensitiua causatur ⁊ non ab obiecto apprehenso sensitiue: nec ab actu appetitus. sed solũmodo ab apprehensione ⁊ potẽtia appetitiua ⁊ deo. si tamẽ appetitus habeat aliquam efficiẽtiam respectu illius passionis: hoc nõ videt necessariũ ponere sicut alĩs patebit. Primũ scȝ ꝙ dolor in appetitu sensitiuo nõ causetur ab obiecto apprehẽso. patet per propositõnem frequẽter acceptã: quia effectus sufficienter depẽdet a suis causis essentialibus ⁊ dispositionibus earum. sed destructo obiecto remanẽte apprehensione obiecti in sensu nihilominus potest causari dolor vel delectatio in appetitu: sicut patet quando aliquis sensus interior: puta fantasia per actum abstractiuũ apprehendit aliqđ obiectũ nociuũ vel delectabile ꝗtũcunq; illud obiectum ãnihilaretur nihilominus potest causari dolor vel delectatio in appetitu sensitiuo: sicut etiam si deus cõseruaret visionem alicuius obiecti delectabilis vel tristabilis ⁊ destrueret obiectũ illius visionis potest statim causari delectatio vel tristicia in appetitu sequente visiõem. sicut patet per experiẽtiam. ⁊ per consequens obiectum apprehẽsum nullo modo est causa immediata istarũ passionũ: sed solum si sit causa sicut ponit Jo. in .iij. in illa questione. vtrũ xpo doluit ſm portionem superiorẽ. solũ est causa mediata respectu illius passionis: ⁊ solum causa cause inquãtum naturaliter noticiam intuitiuam in sensu causat ⁊ eam cõseruat. que cognitio causat immediate passiones modo predicto. Scđȝ scȝ ꝙ actus appetit⁹ sensitiui nõ causat illas passiones. patet: quia appetitus sensitiuus nullũ actum habet respectu alicuius obiecti: nisi qñ obiectũ est absens ⁊ nõ habitũ: quia nõ habet nisi actum desiderij ⁊ fuge. ⁊ isti solum sunt respectu obiectoꝝ absentium et nõ habitorum. Nunc autem respectu illius obiecti qđ appetitus desiderat vel fugit stantibus illis actibus in appetitu nunꝗ causatur dolor vel delectatio in eodem appetitu: sed quãdo obiectuȝ desideratum vel cõcupitum habetur ⁊ est presens potentie apprehensiue: tunc cessat actus desiderij qui solum est respectu nõ hiti ⁊ causatur tũc delectatio que est causa causata ab apprehensione obiecti desiderij modo predicto ⁊ nõ ab actu desiderij. quia tunc nõ est quando causatur illa delectatio. ⁊ per cõsequẽs causa esse non potest. patet: quia si aliquis appetat fornicari cum muliere ꝗdiu stat actus desiderij nõ delectatur in fornicatione ꝗtũcunq; videat mulierem cum qua appetit fornicari: ⁊ hoc quia actus fornicandi nõ habetur a desiderante: sed tũc solum delectatur in illo actu quãdo habitus est vel quando fornicatur: quia respectu illius obiecti qđ est desideratũ siue appetitu sensitiuo siue intellectiuo ꝗdiu stat act⁹ desiderij in vna potẽtia vel alia nunꝗ causatur delectatio vel dolor vel tristicia in vno appetitu vel alio. Cõfirmatur: quia potest aliquis apprehendere actum fornicandi actu vtriusq; appetitus: ⁊ tamẽ efficaciꝰ ⁊ absolute nolle carẽtiam illius actus quo tunc caret actualiter. ⁊ sic se carere. ⁊ per cõsequens appetendo sic tristatur ⁊ dolet fortiter in appetitu sensitiuo saltem posito casu possibili. igitur ſm istũ casum nõ causatur delectatio in vno appetitu vel alio respectu illius actus fornicandi ꝗtũcunq; vehemẽter cõcupiscatur per actum desiderij. vnde aũt ista tristicia causatur post patebit. Si dicatur ꝙ istud est manifeste contra experiẽtiam: quia quilibet experitur in se ꝙ si videat obiectũ pulchrum ⁊ delectabile ⁊ desideret actum fornicandi ꝙ vehemẽter delectatur ꝗtũcunq; nunꝗ acquirat illuȝ actum. ⁊ similiter quãdo apprehendit aliqđ obiectũ nociuum siue per intellectũ siue per fantasiaȝ qđ sibi aliquãdo nocuit puta vulnus vel aliquid tale ⁊ appetitus sensitiuus fugiat illud ⁊ voluntas velit statim causatur dolor in appetitu ⁊ tristicia in alio ꝗtũcũq; etiam illud obiectũ nunꝗ habeatur. igitur nõ est verum qđ dictũ est. Respõdeo ad vtrũq; simul ꝙ nec delectatio nec tristicia predicta est respectu obiectorum nõ habitoꝝ respectu quoꝝ est actus desiderandi vel fugiendi in vtraq; potentia: sed vtrũq; est vel respectu actus apprehẽsiui quo tale obiectũ desideratũ apprehenditur vel respectu actus desiderij quo appetitur tale obiectum vel respectu vtriusq;. ⁊ iste actus tã apprehẽsiuus ꝗ appetitiuus habẽtur ⁊ sunt presentes. Verbi gratia. exẽplo posito si aliquis videat mulierem ⁊ desideret fornicari cum ea talis nõ delectatur in actu fornicandi quẽ nõ habet: sed sic est ꝙ intellectus apprehendit illud obiectũ ⁊ cogitat ⁊ percipit et apprehendit cogitatõem suam quam iam actualiter habet ⁊ voluntas vult illam cogitationem actu complacẽtie non actu desiderij qui iam habetur ex volitiõe talis cognitionis habite sequitur delectatio in volũtate ⁊ nullo modo respectu actus fornicãdi qui nõ habetur: sed vl' causatur respectu cogitationis intellectus vel respectu visus corporalis vel respectu actus desiderij appetitus sensitiui: puta si intellectus intelligat illam visionem corporalem ⁊ actuȝ appetendi sensitiuum ⁊ cognitõem propriam ⁊ voluntas quẽcunq; istoꝝ actuum velit: statim causatur in volũtate delectatio ⁊ hoc prȝ

Primũ

B Secundũ

C Rñsio auc

quia obiectum illius volitionis habetur: puta actus quicunq; predictus. eodē modo sensus aliquis interior: puta sensus cōis vel fantasia apprehendit actum sensus exterioris et actum desiderādi sensitiuū sicut ponit phs scdo de aīa et ipse apprehensiuus actus causat immediate sine omi actu appetitus precio vel medio delectationem in appetitu sensitiuo que est respectu illorum actuum tāq; respectu obiectorum et nō respectu actus fornicādi qui appetitur: et hoc quia ille actus nō habetur: sed predicti actus respectu quorum est delectatio habētur: et eodē modo per oīa dicendū est de dolore et tristicia quando appetitur aliqd obiectū nociuum qd appetitus sensitiuus fugit et rationalis nō vult per actum nolendi causatur enim ex apprehensione actus sensus exterioris aut interioris aut intellectus quo apprehenditur aliqd terribile imminens post ex actu ipso fugiendi vel spernendi: nec oportet hoc applicare qd satis ex predictis patet. Ulterius p̄terea sciēdum est q distinctio inter dolorem delectationem gaudiū tristiciam et actum desiderij fugiendi nolibilis et volibilis probat̄ per istam viā q̄tū ad p̄mā. quia dolor et delectatio appetitiua sensiti et actus desiderij vel fuge respectū eiusdem obiecti nūq; possunt esse naturaliter simul: sed respectu diuersorum bene possūt sicut patuit superius. et ideo per separabilitatem illorum potest distinctio probari. actus enī desiderij vel fugiendi nunq; est nisi respectu rei non habite respectu cuius pro tunc nō est delectatio vel tristicia. sed quando res concupita habetur: tunc cessat actus vterq; et causatur dolor vel delectatio mediante apprehēsione sensitiua nō ab actu appetendi sicut supra probatum est sm qd probat Job. in tertio questione vtrum xps doluit sm portionem superiorem p separabilitatem illorum: quia actus nolendi positiue absolute potest esse sine tristicia. patet i beatis qui absolute nolūt aliqua euenire in q̄bus tamen non est tristicia nec esse potest: sicut post patebit: sed ista ratio non concludit vniuersaliter distinctōem inter actum nolēdi et tristiciam et actum volendi. et delectatiōem quia aduersarius diceret q non quilibet actus volendi est idem cū delectatōe nec q̄libz actus nolendi est idem cum tristicia: sed tantū ille actus nolendi quo nolo aliquid cuius tamen oppositum accidit est idem cum tristicia: quia ille actus nunq; esse potest sine tristicia nisi per miraculū. et ideo si deus et beati nolunt aliquid cuius oppositū eueniret: tunc tristarentur vel miraculose suspenderetur causalitas actus nolendi respectu causationis tristicie per potentiam diuinam vel ipediretur illa causalitas propter excellētiam delectationis: sicut post dicetur quando tamē deus et beati volunt aliquid euenire deus impedit illud ne eueniat. Similiter diceret aduersarius q ille actus volendi est idem cum delectatōe q̄ volo aliquid et illud euenit sicut volo et non eius oppositum: quia ille actus nunq; est sine delectatione nisi per miraculum vel p aliq̄d impediens sicut post patebit. Et ideo melior via ad probandū distinctionem predictam est ista q scilz angelus malus intensiue diligit se et vult sibi bonum et vult homīes absolute peccare et multa talia consequenter eueniunt sicut vult et tamen non delectatur q eueniunt sicut vult quia sicut in beato de communi lege nulla est tristitia ita in damnato nulla est delectatio. eodem modo si beati vellent aliqua euenire et eorum opposita euenirēt. tunc probatur sufficienter q quilibet actus nolēdi distingueretur a tristicia: quia si aliquis non distingueret̄ maxime esset iste cuius oppositū eueniret: sed ille tunc potest esse sine tristicia: sicut patet in angelo bono et in beatis in quibus esset talis actus nolendi sine omi tristicia. et ad istam probatiōem non peruenit Job. Si queras vtrū cum actu volendi posset stare tristicia: et cum actu nolendi posset stare delectatio. Pro primo arguitur sic q̄a si aliquis vellet amico suo bonū euenire et malum eueniat stante sola volitōne respectu boni cuius oppositum accidit tristatur de hoc q oppositū voluntati sibi accidit. Pro scdo arguitur sic. quia quando aliquis per actum nolendi non vult inimico suo bonum et illud bonum eueniat inimico suo sicut nolitum ē stante sola volitione respectu boni cuius oppositum accidit sibi: quia male euenit sibi: quia delectatur ex hoc sicut patet per experientiam. Respondeo ad primū q ex sola volitōe nō pōt cāri tristicia q: tristicia sm augustinū accidit nobis nolentib9. & ad probatiōem dico q si velit sibi bonū et oppositum sibi eueniat statum elicit actum nolendi respectu oppositi mali. et ille actus forte causat naturaliter a volitione precedente respectu boni et a voluntate: ita naturaliter sicut ignis naturaliter calefacit. sicut si voluntas habeat volitionem efficacem respectu sanitatis. et ratio diceret q illa nō posset fieri sine potione amara necessitatur voluntas ad volendum potionem amaram: nec est in eius potestate simpliciter illam potionem simpliciter nolle stante predicto casu licet cōtingenter possit velle potionem amaram. cessante autem prima volitione sanitatis aut dictamine intellectus pos

Queritur duo

Arguit̄ p primo

Pro scdo

Rñdet̄ ad p̄mū

G
Rñdet ad scðm

test nolle potionem illam. De hoc require lib. scðo huius. Eodẽ modo ad scðm si nolit per actum positiuũ inimico suo bonũ: ⁊ illud nolitum eueniat sicut nolitum est. ⁊ hoc quia bonum nõ accidit sibi vel malum. vel quia malũ euenit sibi. tũc iste sic volẽs habet statiꝫ actũ volẽdi respectu carẽtie boni: vel respectu mali quod euenit. ⁊ ille actus volẽdi causatur necessario ab actu volendi primo. et forte ex sola volitione potest causari delectatio in volũtate sine omni actu nolẽdi. puta si volo alicui bonum ⁊ illud eueniat. Similiter ex sola nolitione potest causari tristitia sine volitione. puta si nolo aliquid: ⁊ illud nolitum tñ eueniat. sed ex sola volitione sine omni actu nolẽdi nunꝙ̃ potest causari tristitia: nec ex sola nolitione sine omni actu volendi medio potest causari delectatio.

H
Queritur

Si queras iuxta predicta. vtrũ dolor vel delectatio possit causari ĩ appetitu sensitiuo sine omni actu desiderãdi ⁊ fugiẽdi preuio.

Respondetur

Respondeo ꝙ sic de dolore patet. quia si aliquis poneretur subito in igne statim doleret: ⁊ tamẽ nullũ actum desiderij habuit respectu ignis nec fugiendi forte. Similiter ptꝫ ex predictis ꝙ sic. quia predicta potentia imaginatiua vel alia interior potest apprehẽdere visionẽ corporalem qua videt visus aliqđ obiectum pulchrũ ⁊ delectabile ⁊ actum desiderãdi fornicationẽ: ⁊ actum fugiẽdi nociuũ. ⁊ illa apprehensio potest immediate causare dolorẽ vel delectationẽ in illo appetitu sensitiuo sequẽte illã apprehensionẽ sine omni actu desiderandi vel in illo appetitu sensitiuo. quia predicti habitus sunt obiectorũ nõ habitorꝫ. sed obiecta illius apprehensionis fantasiate fornicationis habẽtur sicut prius patuit.

I
Queritur

Si queras vtrum actus appetitus sensitiui ⁊ dolor ⁊ delectatio semper causantur ab apprehensione preuia.

Respõdetur

Ad secūdm dico ꝙ sacramētum nullum respectum ratiōis importat. hoc probo: quia sicut respectus realis nō aduenit alicui de nouo nisi per actū realem nouū: ita nec respectus rationis: sed aqua habet ratōem sacramēti de nouo sine tali respectu et actu intellectus comparantis. vnde nō plus importat sacramētum respectum ratiōis ꝙ signū: sed signum nō importat: quia signum potest de nouo significare sine omni comparatiōe intellectus. patet de baptismo, vbi post baptismū sacramētū significat gratiam et ante nō: et tamē sine omni intellectu comparāte. patet etiam per exemplū de voce significatiua prolata de nouo et etiam de signo aliquo facto alicui bruto. Ideo dico ꝙ sicut participium cum predicatis sequētibus nō significat aliquid vnū: sed plura vnū in recto et aliud in obliquo. ita nec hoc nomē sacramētum. et ita licet tale nomē non sit equiuocū: tamen nō requiritur talis vnitas mediante quocunque respectu patet de hoc nomie ciuitas populus vniuersum etc. Ad primum dico ꝙ cōnotat distincta. Ad secūdm dico ꝙ sufficit vnitas ratiōis et nō requiritur alia vnitas a parte rei nisi quādo nomē sic significat aliquid qđ non cōnotat distinctum vel distincta.

Ad tertiū dubiū

Ad aliud de causa et effectu dico ꝙ de ratiōe cause est ꝙ ad eam possit virtute propria sequi effectus ex natura rei et naturaliter sic nō est in proposito sed tātum ex voluntate diuina.

L
Ad quartū dubiū

Ad aliud dico ꝙ sensibile nō potest agere in aiam nisi mediāte aliquo ipsius aie puta mediāte cognitione: et ideo cum nō sit notum per scripturam sacram nec per experiētiam nec per ratiōem deductam ex per se notis ꝙ potest aliter agere in aiam ꝙ modo dicto: ideo cōcedo ꝙ nullo alio modo potest agere in aiam. Ad argumētum dico ꝙ sacra scriptura loquitur similitudinarie: ꝙ sicut per receptiōem medicine sequitur sanitas: ita per misterium sacramētorū sequitur gratia.

M
Ad primū rationem alterius opinionis

Ad argumenta alterius opinionis. Ad primū dico ꝙ nō valet: quia causa per accidēs est qua nō posita nihilominus ponitur effectus: sed sacramēta sunt cause sine quibus nō, quia sine illis non dat deus gratiam.

Ad secūdm

Ad Augustinū dico ꝙ sic tangit ꝙ per actionem dei ponitur effectus gratie. Ad Bedā dico ꝙ nō intelligit ꝙ virtus aliqua fuerit collata aquis: sed deus ordinauit ꝙ quādo in aquis fieret sacramētum lapsis tunc ꝯfertur grā.

Ad tertium

Ad aliud patet ex dictis

Ad quartū

Ad aliud dico ꝙ nō querit salutem formaliter.

Ad quintum

Ad aliud dico ꝙ sacramētum non est potens efficere gratiam.

Ad sextum

Ad aliud de similitudine dico ꝙ de forma est ibi fallacia ꝯsequētis.

Ad primū principale

Ad primū principale dico ꝙ verum est si sic sit ex natura rei quando tamen est ex volūtate alterius nō est verum: sic est in proposito.

Ad secūdm

Ad aliud ꝙ nulla illarum causarū est sufficiens sed ista quia effectus nō est producibilis nisi a deo solo.

Ad tertium

Ad aliud dico ꝙ sacramēta sunt causa qua posita deus vult agere et aliter non.

Questio .ij.

A
Questio II

Vtrum cuilibet recipienti baptismū imprimatur caracter.

Ꝙ non: quia si sic hoc nō esset nisi propter excellentiā: nūc autem aliqua sacramēta in quibus nō imprimitur caracter sunt excellentiora: vt patet de eucharistia specialiter. igitur etc. Secūdo quia circumcisio que adidem valebat ad qđ nunc valet baptismus nō impressit caracterem. igitur nec baptismus alter enī in circumciso et post baptisato essent duo caracteres aut nullus. Ad oppositū est damascenus q̃ libro .iiij. c. i. ponit sigillū in diffinitione sacramēti.

B
Circa q̃ne[...] or per alios

Ad questionē dicitur ꝙ oportet caracterem imprimi aie cuiuslibet recipientis baptismū. vbi primo declaratur ꝙ ē forma absoluta de genere qualitatis. Secūdo ꝙ est in secūda specie qualitatis. Tertio ꝙ est i potentia aie intellectiue, et nō in essentia. Quar-

to q̄ in baptismo imprimitur caracter baptisato. *Primū* Primum patet quia oēs attribuūt ista caracteri q̄ est signum distinctiuū configuratiuum siue assimilatiuū. sed ista tria nō possūt competere nisi forme absolute. de primo patet quia signum per formam quā sensibus vel intellectui imprimit facit deuenire in cognitionem alterius: sed relatio in nullius cognitionem facit venire. De scdo patet: quia relatio nō distinguit cum distinctio sit relatio. igitur forma absoluta. De tertia patet: quia similitudo fundatur in vnitate qualitatis. *Scdm* Scdm principale: scilz q̄ sit in scda specie qualitatis. probatur: quia nō est in quarta specie: quia ibi nō est nisi forma qualitatis dimensiue. nec in tertia: quia fm phm .vij. phisicorū tertia species qualitatis est inter qualitates sensibiles que solum sunt in parte sensitiua. nec in prima: q̄a scdo ethicoꝝ potētia possumus simpliciter: s̄ habitu nos habem⁹ ad passiones bene vel male: sed caracter ordinatur ad aliquid simpliciter sicut sacerdotium est quo potest quis conficere simpliciter ꝛ absolute siue bene siue male semper conficit. igitur non est habitus nec dispositio: quia dispositio est habitus imperfectus. igitur est i scda specie. Preterea cuilibet in natura competūt operatōes proprie. igitur regeneratī in vita spirituali competūt operatiōes proprie. sed vbi sunt operatiōes proprie sunt principia propria: ꝛ illa nō sunt nisi qualitates in scda specie que dicūtur potentie: et sunt similes illis virtutibus quibus sacramēta habent efficaciam sibi inditam. *Tertiū* Tertium probat: scz q̄ sit in potentia intellectiua. q̄ sit in potentia probat: quia sicut gratia que ē principium spiritualis vite est i essentia aīe: ita potentia spiritualis est in potentia naturali aīe. Q̄ sit in intellectu probatur: quia ymago principaliter consistit in parte intellectiua: sed caracter respicit principaliter ymaginē. igit̄ ꝛc.

Quartū Quartū probat: quia sicut est i naturalibus ita in supernaturalibus: sed in naturalibus respectu alicuius operationis est dare potentiā actiuam ꝛ passiuā. igitur similiter in supernaturalibus oportet dare respectu operationuz supernaturaliū principia supernaturalia: huiusmodi autem principiū est caracter. igit̄ ꝛc.

Contra rōes doctōis Contra opinionē istam. quicquid sit de conclusione quā tenet: tamen rationes nō probāt q̄ sit aliquid absolutū: quia fm eum relatio est alia res a fundamēto. igitur possunt predicta de caractere conuenire relationi sicut absoluto. cōsequentia patet: quia pot est esse signum sicut accidens absolutū probatur: quia vel est signum naturale vel ex institutione. si naturale: tūc eque bene potest relatio sic esse signum naturale ꝛ ducere in cognitionem sicut accidens absolutum. probo: quia sicut per cognitionem intuitiuam alicuius accidentis absoluti deueniret in cognitōem subiecti: puta q̄ ibi est subiectum sustentans accidens ita si videretur relatio aliqua intuitiue potest vidēs deuenire in cognitiōem subiecti sustentantis illā relatiōem: quia tantum vel plus dependet q̄tum accidens absolutum. si sit signū ex institutione: tunc potest ita quis instituere relatōnem ad significandum hoc vel illud sicut potest imponere accidens absolutum: ex quo sic significare est ad placituz īstituere. Preterea illa relatio potest distiguere ꝛ assimilare sicut accidens absolutum dicitur assimilare alteri. quia suū simile est in alio: ꝛ distinguere ab aliquo: quia suū simile est in vno ꝛ non in altero: ita ꝛ relatio. Scdo non concludit ratio qui caracter possit esse in tertia specie qualitatis: q̄a aut intelligit per illa que sunt in tertia specie qualitatis q̄ sunt subiectiue i parte sensitiua. ꝛ hoc non oportet: quia albedo ꝛ similia non sunt in sensibus aut dicuntur in parte sensitiua: quia inferūt passionem sensibus. ꝛ hoc nō valet: quia alique qualitates sunt in herbis ꝛ in veneno que nō possunt cognosci per aliquē sensum: sed solum cognoscuntur per operationes eoꝝ sicut qualitates in veneno per intoxicationem. ꝛ tamen ille qualitates bñ possunt poni in tertia specie qualitatis. Si dicatur q̄ tales qualitates sunt in scda specie: quia sunt principia operationū. Contra. calor est principium operationū: ꝛ tamen non est in scda specie sed in tertia. ꝛ hoc ponendo species distinctas. Preterea rationes non probant quin caracter possit esse i prima specie: quia respectu primoꝝ principioꝝ est tam potentia q̄ habitus. nec tamen ille habitus potest disponere ad bene vel male operandum: quia circa principium nullus potest errare nec se habere sub ista dispositione bene vel male. Preterea habitus apprehensiuus est habitus: ꝛ tamē nō disponit intellectum ad comprehendendū bene vel male: ꝛ ita in proposito caracter potest esse habitus absq̧ hoc q̄ disponat hominē ad bene vel male operandum. Preterea sicut aliquis actus potest esse indifferens ad bene vel male: ita ꝛ habitus. ergo bene vel male possumus illo habitu vti indifferenter. Sed dicet sicut cōuenit bene vel male vti habitu: ita cōuenit bene vel male vti potentia. Ideo dica q̄ prima differentia quā ponit inter potentiā ꝛ habitum: quia potentia respicit actum simpliciter ꝛ habitus respicit actum sub istis con

D

ditionibus bene vel male nõ valet: sed ista est magis propria differentia quã ponuit phs secũdo ethicoꝝ caplo primo ⁊ nono metaphisice in illo caplo. omnibus autẽ potentijs existentibus. ⁊ in illo caplo probat autẽ. distinctio ẽ ꝙ potentia precedit actum nec augmentatur nec generatur per actum. habitus sequitur actum ⁊ generatur ⁊ augmentatur per habitũ. sed ꝙ inclinet ad actum bene vel male hoc accidit. ⁊ ad phm scdo ethicoꝝ dico ꝙ loquitur de habitibus moralibus qui sunt laudabiles ⁊ vituperabiles qui sũt habitus oppositi quorum vnus inclinat ad bene operandũ ⁊ alius ad male. sed habitus pricipioꝝ ⁊ habitus apprehensiui non habẽt talia opposita. ideo sũt indifferentes nec sunt determinate inclinatiui ad bene operandum vel male. Preterea cõtra hoc qđ dicit ꝙ caracter est in scda spẽ qualitatis. quia quero quid intelligit per potentiam naturalem aut omẽ actiuum vel passiuum respectu alicuius actus: aut omẽ determinabile per actum ad bonum actum vel ad malum actum. non primo modo: quia tunc omis forma de tertia specie esset i scda specie: quia oĩs talis est actiua vel passiua ⁊ maxime que ẽ maxime actiua: similiter materia prima que est receptiua ⁊ forma substantialis que est actiua esset in scda specie. qđ est falsum. nec scdm: qꝛ voluntas et intellectus essent in scda specie. Similiter talis potentia non est receptiua habituũ. igitur ⁊c̃. Preterea contra hoc qđ dicit ꝙ potentia naturalis est qua possumus absolute in actum: quia phs in predicamẽtis dicit potentiam naturalem esse illam qua bene ⁊ prompte possumus in actum qua potẽtia dicitur aliquis pugilator vel cursor: quia nõ quicunqꝫ qui potest currere vel pugilare dicit̃ cursor vel pugilator: sed qui bene ⁊ prõpte potest talia facere.

Circa questionẽ duo facit

E

Primum

Circa istam questionẽ sic est procedendum. primo vidẽdum est quid sit baptismus. scdo quid sit caracter. tertio ad questionem. Circa primũ dico ꝙ baptismus non habet quid rei etiam extendendo quid rei ad diffinitiõem rerum compositarum vel simplicium ⁊ rationũ sicut potest ꝯceptus diffiniri ⁊ eius rationis ⁊ huiusmodi: sed tantum habet quid nominis exprimens quid importatur per nomen. Et sic loquẽdo dico ꝙ baptismus est ablutio hominis viatoris nec habitualiter nec actualiter dissentientis facta in aqua elementari fluida: ab homine vel muliere ista verba proferente instituta a christo cum intentione faciendi qđ intẽdit ecclesia facere. ⁊ sic loquẽdo vt doctores loquuntur patet quid sit materia huius sacramenti, quia aqua elementaris ⁊ fluida. que forma: quia certa verba instituta a christo q̃ hec sunt. Ego te baptiso in noĩe patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. quis recipiens: qꝛ viator non dissentiens: nec actualiter nec virtualiter. quia si sit paruus ad hoc ꝙ sit ꝑceptiuus istius sacramenti non requiritur consensus. si vero sit baptisandus adultus requirit̃ ꝙ assentiat vel ad minus ꝙ non dissentiat. qꝛ nullus inuitus baptisari potest. sicut patet extra de baptismo ⁊ eius effectu capitulo maiores. Quis minister. quia suppositũ itellectualis nature in specie humana. alius a recipiẽte habens intentionẽ debitam. oportet etiam ꝙ sit viator vt possit abluí. qꝛ puer in vtero matris non potest baptisari.

F

Secundũ

Circa secundum dico. ꝙ caracter est signũ quoddam impressuꝫ baptisato per quod distinguit̃ a non baptisato. signum inꝗ̃ distinctiuum: rememoratiuuꝫ: obligatiuum legi diuine indelebiliter manẽs postꝗ̃ est semel impressum.

Tertiũ principale dicta

Circa tertiũ primo dicam. ꝙ non potest probari per rationeꝫ naturalem nec improbari nec per auctoritatẽ biblie. Secundo ꝙ determinatio ecclesie videtur esse pro hoc: ⁊ etiam alique congruẽtie. Tertio supposito ꝙ caracter sit aliquid. dicaꝫ ꝙ est forma absoluta non respectiua. Quarto ꝙ est in potẽtia anime: ⁊ si essent distincte potentie ꝙ conueniẽtius ponitur in volũtate ꝗ̃ in intellectu: ꝗ̃uis nullũ possit probari. Quinto ꝙ cõueniẽtius ponitur in prima specie qualitatis. Sexto ꝙ nõ potest simpliciter sic esse indelebile: quin potest deleri per potentiã diuinã.

G

Probatur primum

Primũ patet. quia illud quod solũ dependet ex voluntate diuina contingẽter causante ⁊ libere nõ potest probari nec improbari nec ratione naturali nec auctoritate biblie. quia posita causa contingent̃ agente ⁊ libere nõ propter hoc necessario sequitur effectus. illi etiam qui ponũt caracterẽ non adducũt auctoritatem ad hoc cogentẽ. nec etiam probãt ꝙ magis imprimat̃ in baptismo ꝗ̃ in circumcisione. ⁊ tamẽ ipi negãt in circũcisione. Preterea. oĩa possunt saluari: ita hic sicut in alijs sacramentis sine caractere. ergo ⁊c̃.

H

Probatur secundum

Secũdũ videt̃ inniti c̃x de baptismo ⁊ eiꝰ effectu. c. maiores vbi querit. de dormiẽtibus ⁊ amentibus vtruꝫ baptisantur. videtur ibi dicere ꝙ aliqui suscipiũt caracterem sacramenti: ꝗ̃uis nõ reꝫ sacramenti. Sed auctoritas ista non cogit. qꝛ potest exponi ꝙ intendit per caracterem ipm baptismũ. qui est quoddã signũ ⁊ sacramẽtuꝫ. Congruẽtia est ad hoc. ꝙ congruũ est ꝙ quilibet receptus in dei familiã aliquid ꝑmanens recipiat quo distinguatur ab alijs.

I

Probat̃ tertium

Tertiuꝫ probo: scꝫ ꝙ conuenientius ponitur forma ab

soluta ꝙ respectus non quin ille predicte conditiones possent competere relationi: sed propter aliquas rationes alias a predictis. quarū prima est ꝙ nunq̃ potest talis respectus nou⁹ acquiri sine motu locali vel mutatione alterius extremi. Exemplū de vbi qḋ non potest acquiri sine motu locali vel mutatiōe: nec respectus actionis ⁊ passionis sine locali: non sic ꝙ posita approximatiōne necessario sequatᷣ actō quia deus potest suspendere actōem ignis approximati per tēpus ⁊ postea coagere ipi igni ⁊ tunc ignis agit qui prius non agebat: ⁊ erit respectus actōnis nouus sine oīn approximatione noua. ⁊ per consequens sine omni motu locali: sed caracter potest imprimi in aīaz sine oīn mutatione in aīa vel in sacramentis terminata ad caracterem ⁊ sine oīn mutatione locali ⁊ sine oīn mutatione noua. igitur videtur ꝙ sit aliquid absolutum. Si propositio accepta de respectu videtur habere instantias aliquas. vna est de vnione materie ⁊ forme. nā materia ⁊ forma sunt in eodē situ existentes sine oīn mutatione locali ⁊ motu potest forma que prius non informabat modo informare ꝑ potentiam diuinam. Scḋo de vnione nature assumpte ad verbum que sine aliqua mutatione alia vel in situ vel in aliqua alio potest esse prius non vnita et post vnita. ergo respectus nouus potest acquiri sine oīn mutatione alterius extremi. Sed licet ꝓpositio predicta habeat plures instantias tales: quia tamē in caractere non habent ille instantie locum. ideo propositio videtur ratio efficax. Preterea quelibet relatio actualis realis habet duo extrema in actu. q̄ro igitur que sunt extrema istius respectus non potest dari nisi aīa rationalis ⁊ deus vel aliqḋ accidens absolutū in aīa: quia aīa rationalis per hoc ꝙ recipit caracterē nō habet respectum nouū extra se ad aliqḋ corporale vł spirituale manifestū est ꝙ excepto deo non potest poni alterū extremū esse accidens absolutū in aīa: quia illud si poneretur maxime esset gratia: sed hoc non. probatur: quia caracter potest esse sine gratia sicut patet ꝑ predictam decretalem. nec deus potest esse alterum extremum: quia nō videtur ꝙ sint plures respectus creature ad deum q̃ respectus causalitatis in quocūq̧ genere respectu vnionis spiritualis quoꝝ nullus ponitur caracter. igitur cōuenientius potest dici ꝙ si aliquid tale imprimatur ꝙ sit absolutū q̃ respectiuū.

R
Quartū ꝓbatur

Quarto dico ꝙ si potentie aīe non distinguitur ab aīa nec inter se ꝙ tunc caracter ponitur in essentia subiectiue ⁊ non in potentia: quia intellectus ⁊ voluntas non differunt ſm istā viam nisi quia intellectus connotat actū intelligēdi ⁊ voluntas cōnotat actum volendi. sed essentia aīe nō connotat aliquē actum: ⁊ ideo si caracter esset in intellectu propter intellectionem quā cōnotat. hoc esset: quia esset principium actus intelligendi. qḋ non est verum: quia credo ꝙ nullus actus est pricipium nec ad aliquē actum inclinat. ⁊ ideo melius dicitur ſm istam viam ꝙ est in essentia aīe subiectiue que nullum actum connotat q̃ in potentia que cōnotat actum ⁊ tunc esset simile. de illo caractere ⁊ habitu religiosi per quē distinguitur a cōmuni populo ⁊ alligatur ad certas obseruantias qui tamen habitus non est principiū cuiuscūq̧ actus: quia ad nullum actum inclinat sic in proposito caracter est signum obligatarū aīe ad deū quale signum et obligationem non habent alie aīe. si tamen potentie distinguerentur realiter sicut dicit alius opināș adhuc cōuenientius poneretur caracter in voluntate q̃ in intellectu. Cuius ratio est: quia caracter maxime ponitur in illo qḋ est principium merendi huiusmodi autem est voluntas nō intellectus ſm istam viam. igitur ⁊c. Et etiā tūc voluntas esset potētia nobilior q̃ intellectus ⁊ per cōsequens tunc cōuenientius est ponere caracterem in voluntate q̃ in intellectu.

Z
Quintum ꝓbatᷣ

Quinto dico ꝙ caracter cōuenientius debꝫ poni in prima vel in tertia specie qualitatis q̃ in scḋa: quia potentia naturalis que est in secūda specie dicitur in respectu ad actum actiue vel passiue quoꝝ neutrum cōuenit caracteri. non enī dicitur caracter potētia naturalis actiua respectu actuū naturaliū: quia ad oēs actus naturales sufficiunt habitus naturales ⁊ infusi. nec est potentia naturalis actiua respectu actuū supernaturaliū: quia tales actus sunt immediate a deo. nec potest esse potētia passiua quia aīa rationalis est passiuū sufficiens respectu oīm actuū.

AB
Sextū ꝓbatur

Sexto dico ꝙ caracter nō ē simpliciter indelebilis: quia aut ē aliquid absolutum aut respectiuū. si est aliquid absolutum ⁊ est posterius subiecto potest deus separare subiectū ab illo accidente absoluto ⁊ cōseruare. hoc patet: quia deus potest facere subiectum sine caractere certum est. igitur potest caracterem impressum destruere ⁊ subiectum conseruare. ex quo nullam contradictionem implicat. si sit respect⁹ adhuc potest deleri: quia nulla relatio distincta realiter a creatura est simpliciṫ indelebilis ab ea nisi illa q̄ est creature ad deum in ratione cause si ipsa sit indelebilis. igitur ⁊c. Septimo dico ꝙ iste conditiones attribuuntur caracteri: ita scꝫ ꝙ est significatiuum gratie dispositiuū ratiōis me-

N

moratiuū distinctiuum configuratiuū ⁊ obligatiuum. Quantū ad primam conditionem dico ꝙ est significatiuum gratie non ex natura rei ⁊ naturaliter: sed ex institutione diuina. quia sic ordinauit ꝙ baptisatus ad hoc ꝙ recipit gratiā prius aliquo modo recipit caracterem. ⁊ posito tali caractere recipiat gratiā nisi ponat obicē. Est etiaꝫ dispositiuū tanꝗ causa sine qua non. ⁊ hoc solum ex voluntate ⁊ ordinatione diuina ⁊ nō ex natura rei: quia licet in naturalibus nō ponatur causa sine qua nō tamen in voluntarijs potest poni sicut prius dictum est. et ideo caracter potest esse tale signum dispositiuū sine quo deus nō vult infūdere gratiam. Est etiam rememoratiuum ⁊ recordatiuum suscepti sacramenti. tamen ex ordinatione diuina in voluntate que vult caracterem sic ducere in noticiam sacramēti suscepti ⁊ nō est tale signum ex natura rei. Est similiter signum distictiuū. ⁊ hoc competit sibi naturaliter sicut cuilibet alteri forme. Est nihilaminus assimilatiuū. ⁊ hoc naturaliter: quia nō assimilat nisi sicut alie res. Est tandem signū obligatiuū sicut habitus in viro religioso ⁊ hō solum habet ex institutione diuina ⁊ nō ex natura rei. Sed contra predicta sunt aliqua dubia.

Primū dubiū

Primū est vtrum aliquis adultus recipiat baptismū si nec dissentiat nec cōsentiat. videtur ꝙ sic: quia paruulus nec dissentiēs nec consentiens recipit baptismū. igitur adultus cōsequētia patet: quia adultus nō est peioris cōditionis ꝗ paruulus. igitur ⁊c.

Scḋm

Scḋm est de caractere: quia non videtur ꝙ sit forma absoluta: quia fm phm scḋo ethicoꝝ ⁊ alibi i aia sunt tantum quattuor: scꝫ potentia ⁊ habitus actus ⁊ passio. sed caracter non est aliqḋ illoꝝ patet per predicta. Preterea res absoluta ponitur propter operationem: sed caracter nō. per te igitur.

Tertiū

Tertiū est. quia non videtur ꝙ aliq̄ qualitas sit in tertia specie qualitatis: nisi tantum sensibilis: quia sicut omē spirituale est intelligibile ab intellectu: ita omē corporale est sensibile a sensu.

Quartū

Quartū est vtrum isti caracteres impressi i diuersis sacramētis sint eiusdem speciei vł alterius.

D
Ad primū dubiū

Ad primū istoꝝ dico ꝙ de intētione ecclie romane ⁊ de mente sanctoꝝ est ꝙ in adulto requiritur assēsus de presenti vel de preterito sicut patet in illa decretali extra de baptismo ⁊ eius effectu. maiores. vbi dicit ꝙ cōtradicentes ⁊ dissentientes nō recipiunt baptismū nec caracterem: tamen in adulto nō requiritur cōsensus actualis de presenti nec virtualis nō actualis: ꝗa furiosi possunt recipere baptismū ⁊ eius effectum si sint dispositi: licet tunc non consentiāt actualiter puta si prius consentiant ⁊ non dissentiāt ante furiam. nec requiritur cōsensus habitualis quia habitus generatur ex actibus. ponamus ergo ꝙ adultus primo consentiat ⁊ post habitualiter generatus ex vno actu corrumpatur p cessationem actus: ⁊ ꝙ non dissentiat postea. iste potest baptisari: ⁊ tamen nullum assensuꝫ habitualem vel virtualem habet. ⁊ per ꝯsequēs videtur sufficere ad recipiendum baptismum et effectum semel in preteritum consentire. et post non dissentire. postea ꝗtūcūqꝫ nec consentiat actualiter nec habitualiter. Et quādo dicitur ꝙ non est peioris conditionis ⁊c. dica ꝙ adultus propter multa peccata que cōmisit que non potest cōmittere paruulus est peioris conditionis intantum ꝙ non recipit rem sacramenti nisi peniteat. ⁊ si ante penitentiā efficeret furiosus ⁊ tunc baptisaretur: tunc non recipit rem neqꝫ effectū baptismi. ⁊ talis adultus est peioris conditōnis ꝗ paruulus. tamē adultus sine omi peccato existens nō est peioris cōditionis ꝗ paruulus ꝗtum ad susceptionem sacramēti: ⁊ statim potest recipere baptismuꝫ ⁊ effectum baptismi dūmodo cōsentiat vel cōsenserit de preterito ⁊ post nō dissentiat.

D
Ad scḋm

Ad alıud dico ꝙ licet non sint plura in aīa ad quorum cognitionem possimus deuenire per cognitionem intuitiuam vel abstractiuam sicut operationes delectabiles ⁊ tristicie cognoscuntur intuitiue ⁊ habitus abstractiue ⁊ argumtiue propter hoc tamen non sequitur ꝙ nō sint plura in aīa: quia sicut sunt aliqua accidentia corporalia que tamen per sensus nō potest cognoscere vt qualitas i herbis ⁊ venenis. quia visus ⁊ quilibet sensus determinatur ad certa obiecta in que potest ita ꝙ nō in plura. eodem modo possunt esse aliqua accidētia spiritualia que tamen intellectus non potest cognoscere quia intellectus determinatur pro isto statu ad certa obiecta ⁊ nō vltra. de quoꝝ numero videtur esse caracter. Ad scḋm pro illo dubio nego assumptū: quia ꝗtitas est forma absoluta ⁊ tamen non est de potentijs actiua sed passiuis fm cōmentatorem quarto phisicoꝝ. caplo de vacuo. eodē modo est de qualitatibus de quarta specie qualitatis. Aliter potest dici ꝙ lꝫ ꝗtitas ⁊ omīs forma absoluta sit actiua respectu intellectus nostri saltez quasi obiectū hoc tamen nō est concedenduꝫ de caractere: quia nullam actiuitatem habet respectu nostri intellectus in via. qḋ forte est ex defectu intellectus nostri vel ex ordinatione diuina.

D
Ad tertium

Ad aliud dico ꝙ sicut non est incōueniens ꝙ sit aliq̄ materia naturalis extēsa: ⁊ tamen ꝙ non possit apprehendi ab aliquo sensu vel intellectu

pro statu isto nec intelligi intuitiue ꝛ nunq̄ a sensu intuitiue ita potest esse aliqua qualitas que potest cognosci ab intellectu intuitiue licet nõ pro statu isto: ꝛ tamen a nullo sensu poterit vnq̄ cognosci. Ad aliud dico ꝙ caracteres impressi in diuersis sacramẽtis sunt diuersarũ specierũ: quia lʒ accidentia eiusdem speciei possunt esse in eodem. tamẽ hoc nõ est ponendũ sine aliqua ratione puta sine necessitate auctoritate vel experientia certa que necessario ad hoc inducit: sed nullũ istoꝝ iducit ad ponendũ caracteres eiusdem speciei: sed potius ad cõtrariũ: quia caracter ponitur ad distinguendũ. nunc autẽ si circumcisus reciperet caracterẽ ꝛ baptisatus similiter: nõ distingueretur circumcisus a baptisato per caracterẽ: nec aliquis habens sacerdotiũ distingueret̃ a confirmato per caracterẽ ꝛ ꝙ illa que sunt eiusdẽ speciei nõ distinguũtur: vt nũc suppono: sed si fuerint alteri⁹ ꝛ alterius rationis tunc possunt distinguere. Ad primũ principale dico ꝙ nõ est propter excellentiam baptismi: quia in eo imprimitur caracter. sed quia in baptismo recipitur aliquis ad familiã xp̄i. ideo rationabile est ꝙ distinguatur ab alijs que non sunt de familia eius. talis autẽ distinctio est per caracterem. Ad aliud dico ꝙ neutrũ põt pbari ꝙ sit impressum vel nõ impressum. Questio. iij.

Marg.: A Ad quartum — Ad primũ prin. — Ad aliud

Marg.: A Questio III

Circa idẽ denuo

C principaliter quero vtrũ quilibet digne recipiens baptismũ recipiat gratiam ꝛ oẽs virtutes necessarias ad salutẽ. Quod nõ recipiat grãm pbatur: quia magis sunt incõpossibilia amor habitualis ꝛ odiũ habituale respectu eiusdẽ obiecti vel tñ q̄ꝫ fides ꝛ sciẽtia respectu eiusdem obiecti: sed fides ꝛ scia nõ stant siml' respectu eiusdem obiecti. ergo nec pma. sed odiẽs deũ pmo intense acq̃rit sibi habitũ odiendi deũ ꝛ cũ hoc habitu stare potest vnus actus quo põt diligere deũ ꝛ velle baptisari. pbatur: quia qñ post diligit deũ magis iclinatur ad odiũ dei q̄ si nunq̄ habuisset habitũ odiẽdi. igitur tũc stat habitus odiendi deũ intensus vel saltẽ remissus ꝛ talis ppter actum diligẽdi põt digne recipere baptismũ. ꝛ tamẽ tũc nõ recipit grãm ppter incõpossibilitatẽ inter grãm ꝛ odiũ habituale. Per idẽ pbatur ꝙ non recipiat alias virtutes: quia aliquis talis põt recipere habitus viciosos. Cõfirmatur: quia nunq̄ põt pbari incõpossibilitas habituũ nisi p incõpossibilitatẽ actuũ: sed actus odij habitualis ꝛ amoris nõ se cõpatiunt igit̃ nec habit⁹ igit̃ stante habitu odiẽdi vel vicioso nõ põt infundi habitus diligẽdi deũ vl' virtuosus habitus. Si dicas q̄ isti habitus nõ sunt incõpossibiles: quia vnus est infusus ꝛ alius acq̃situs. Cõtra quoꝝ habituũ actus sunt incõpossibiles ꝛ illi habitus sunt incõpossibiles: sed aliquis diligẽs deũ siue naturaliter siue supernaturaliter nõ põt eũ p tũc odire: quia aliter aliq̄s posset habere actũ fruitiõis ꝛ odij dei siml'. igit̃ isti habit⁹ sunt incõpossibiles siue vnus sit naturalis siue supnaturalis siue vterqꝫ sit naturalis. Preterea si habitus infũdunt̃ in baptismo aut sũt alterius rõnis ab alijs acq̃sitis aut eiusdẽ rationis. si alterius ꝛ habit⁹ infusus sit pfectior iclinabit ad pfectiorẽ actũ ꝛ pfectius inclinabit q̄ habitus acq̃situs. ꝛ p ɔ̄ña cũ habitus acquisitus inclinat ad actũ oi alio circumscripto multo magis habitus infusus sic iclinabit oi alio circũscripto. ꝛ p ɔ̄ña paruulus p habitũ infusum posset in actũ fidei ꝛ spei ꝛc. si sũt eiusdeꝫ spẽi tũc poterũt infusi facere q̄cq̃d possunt acq̃siti qd̓ est manifeste falsum. patʒ de paruulo sicut prius q̄ p habitũ infusũ nõ põt i actũ sine habitu acq̃sito. Cõfirmat̃. illud qd̓ facit obiectũ noticie intuitiue idẽ facit habitus respectu noticie abstractiue. igit̃ sicut obiectũ põt esse cã respectu noticie itũtiue ita bitus si ponat̃ pt esse cã respectu noticie abstractiue. Ad oppositũ in baptismo est remissio culpe. igit̃ est ifusio grẽ ꝛ aliarũ virtutũ necessariarũ ad salutẽ. Scd̓o querit̃ vtrũ baptismus tollat oẽm culpã. Quod nõ. quia si sic aut tollit: quia repugnat formaliter aut expellit causaliter. non primo mõ quia aliq̄s põt retinere oẽm culpã. ꝛ tñ baptisari sic ficte accedẽs ad baptismuꝫ q̄ nõ est postea rebaptisand⁹. Si cãliter aut igit̃ effectiue aut meritorie. nõ pmo mõ: quia sacramentũ nihil efficit coꝝ q̄ sunt i aĩa. ꝛ p ɔ̄ñs nihil inde expellit nec scd̓o mõ. ñã aliq̄s in actu sacramẽti põt demereri. Ad oppositũ est magr̃ in lr̃a. Tertio q̄ro vtrũ ois pena in baptismo remittat̃. ꝙ nõ quia sicut nullũ bonũ est irremuneratũ: ita nullũ malũ est impunitũ. igit ur nõ remittit̃ i baptismo sine punitiõe. Ad oppositũ est magister in littera. ꝛ cõiter sancti ꝛ doctores dicũt oppositũ. Circa istas questiones est sciẽdũ ꝙ prius est expulsio vnius forme q̄ inductio forme cõtrarie. qd̓ patʒ: quia illud est prius natura vt patʒ p phʒ. v. metaphisice qd̓ põt esse sine alijs ꝛ alia nõ põt esse sine eo. Exẽplũ de substãtia ꝛ accidente: quia sbã põt esse sine oi accñte lʒ nõ econuerso. nũc autẽ expulsio forme põt esse sine oi inductiõe forme cõtrarie. ꝛ iõ nõ nego q̄n deus põt facere aquã neqꝫ calidã neqꝫ frigidam: sicut celuꝫ nõ est calidũ neqꝫ frigidum. sed iductio forme non potest esse sine expulsione forme cõtrarie ꝛ ideo deus nõ potest inducere calorẽ in aquã

Marg.: Scd̓m — B Scd̓a questio — C Tertia q̄stio — D Circa q̄stiones sciendum

frigidam nisi prius expellat frigiditatem. Jō primo videndū est de expulsione culpe: ⁊ quia pena non debetur nisi culpe. Ideo scdō videndum est de remissione pene ⁊ de collatiōe gratie.

E Primus articul⁹

Quantum ad primū articulum dicitur ꝙ in generatione qualibet per inductionem forme oīs forma contraria expellitur ⁊ etiā dispositio ad formam contrariā. sed baptismus est gñatio in vitā spiritualem ſ; grā ⁊ culpa sūt cōtraria. igitur in baptismo infusio gratie tollit culpam actualem originalem ⁊ venialē ꝙ̄tum est de se. Licet hec cōclusio sit vera vt suppono. tamen ratio non valet quia supponit ꝙ oīe peccatum est cōtrarium gratie. qđ tamē est falsum loquendo de absoluto in gratia ⁊ in peccato. hoc patet primo de peccato originali: quia quandocum3 sunt due forme absolute disparate possibiles creature rationali cū existentia vnius forme potest stare carentia alterius forme que sibi non contrariatur ⁊ cum debito habendi illam formam. sed gratia ⁊ iusticia originalis sūt huiusmodi forme. igitur gratia potest stare cum carentia iusticie originalis et debito habendi eandem. igitur gratia ꝙ̄tum ad esse absolutum in ea potest stare cu3 peccato originali. Sed tamen accipiēdo gratiam prout facit aliquem esse gratum deo siue hoc sit per aliquā formam infusam siue oīi tali forma. talis inquā gratia repugnat oīi peccato tam originali ꝙ̄ actuali: quia per gratia3 sic acceptam sit aliquis gratus deo ⁊ per peccatum sit inimicus: ⁊ ideo nō stant simul. Secūdo patet idem de peccato actuali: quia peccatum actuale nō dicit aliud ꝙ̄ actum aliquē absolutum preteritum per quem quis obligatur ad penā. nunc autem ille actus absolutus vel habit⁹ derelictus ex eo ⁊ gratia primo modo accepta non repugnant: quia forme absolute disparate sunt. igitur possunt esse simul ī eodem: nec illa obligatio ad penam repugnat gratie sic accepte: quia nulla pena repugnat gratie sic dicte: quia non est cōtradictio quin potest esse in diabolo. similiter illa obligatio nō dicit aliquid absolutum in aīa distinctum ab actu et habitu nec respectum realem: quia suus terminus non est. igitur tantum respectum rationis si sit aliquis respectus: sed talis respectus nō repugnat forme absolute in gratia primo mō dicta. tamē obligatio ad penam eternam bene repugnat gratie scdō mō dicte.

€

Ideo dico ꝙ̄tū ad istū articulū ꝙ tm̄ creditū est oēm culpam in baptismo remitti: nec pt̄ h̄ ostendi ratione naturali. q̄a non per repugnātiam formalem peccati ⁊ gratie. quia licet pena ⁊ gratia repugn. n̄t formaliter actui peccati p̄sentis vel habitui vicioso: nō tamen actui preterito qui nullu3 habitū relinquit nunc. ꝙ prius forte corrumpitur nec repugnat obligationi ad penam. ⁊ ideo potest deus de potentia sua absoluta remittere culpā sine omni iniusticia. sicut potest aliquē punire sine omni demerito absq3 hoc ꝙ dicatur iniustus. licet illa punitio nō esset proprie pena. quia pena correspondet culpe: sed magis diceret̄ dolor. Unde sicut deus semper potest continuare ⁊ detinere in brutis vnū brutum sine omni peccato vel iniusticia a parte sui. ita eodē modo potest facere cu3 homine. Si dicatur ꝙ deus est debitor p̄mij pro meritis. Respōsio. dico ꝙ de⁹ nullius est debitor: nisi q̄a sic ordinauit. de potentia tamē absoluta potest facere contrariū cum creatura sua sine omni iniuria. Creditur tamē ꝙ omnis culpa remittitur in baptismo ex eius ordinatione nisi recipiens ponat obicem: puta si actualiter peccet. tunc non remittitur illud peccatum virtute baptismi. siue sit mortale siue veniale. ⁊ ideo omne peccatū preteritū remittitur tā mortale ꝙ̄ veniale: ⁊ non aliud.

G Scdōs articul⁹

Circa secundu3 dico ꝙ duplex est pena eterna et temporalis. Prima remittitur in baptismo ex ordinatione diuina: quia baptismus redditur dignus vita eterna: lic3 de⁹ possit non remittere de potētia sua absoluta. Secunda pena est duplex. vna voluntarie assumpta. alia naturaliter inflicta. prima nō remittitur in paruulo baptisato. quia ad nulla3 penā obligatur: nec ante baptismū nec post. ⁊ quia ad nullā penam tenetur nulla sibi remittitur. sed quia adultus obligatur ad penā ante baptismū. quia obligatur ad displicentiā de peccatis preteritis. ideo illa pena sibi remittitur sic ꝙ non obligatur ad illam displicentiā post baptismum: nec tenetur satisfacere pro peccatis preteritis. Secūda pena naturaliter inflicta que cōsequitur omnē hominē ſm cōmunē cursum nature. puta esurire ⁊ sitire ⁊ huiusmodi nō remittitur. ⁊ hoc solum est ex ordinatione diuina. quia deus potest oppositum facere si sibi placeret. sic igitur patet quomō remittitur pena ⁊ quomō non.

Tertius articul⁹

Circa tertium articulū sunt multe difficultates. Pria est. vtru3 deus possit remittere culpam sine collatione gratie. Secunda. vtrū gratia posset infundi sine virtutibus theologicis. Tertia. vtrū possit infundi sine virtutib⁹ moralib⁹. Quarta. vtrū oēs iste virtutes infundātur. Quinta. vtrum alique virtutes morales possint infūdi distiete ſm spēm a v̄tutib⁹ alijs naturalit̄ acq̄sitis.

Pria difficul. / Secunda / Tertia / Quarta / Quinta

H Ad primam

De pria difficultate fuit tactū libro p̄mo distinctiōe. xvij. ideo dico breuiter itelli

gēdo per gratiam caritatem. quia pono ꝙ sit idem omnino licet sint hic diuersa noīa ꝛ diuersi conceptus. deus de potētia sua absoluta potest remittere culpam ꝛ penam sine collatiōe gratie. Cuius causa est. quia quēcunqȝ potest acceptare tanꝙ dignū vita eterna sine oī gratia inherente illi potest remittere omnem culpam sine omī infusione gratie: sed deus nunc potest primum facere vt patet ī primo huius. igitur potest facere scdm. Confirmatur: quia non videtur contradictio quin deus possit dare alicui existenti in peccato mortali visionem essentie sue in illo instanti in quo potest dare gratiam quā sibi vult dare. ergo multomagis potest eum acceptare tanꝙ dignum vita eterna in eodē instanti in quo potest sibi dare gratiam quā sibi vult dare postea. sed primū potest pura essentie visionem causare sine omni gratia preuia informante. igitur multomagis potest eum acceptare sine gratia. ꝛ per consequens sibi remittere omnē culpaȝ sine gratia. de hoc quere ibi. Tamen dico de facto ꝙ gratia infunditur quāuis probari non possit ratione: sed quia hoc sonāt auctoritates sacre scripture ꝛ dicta sanctoꝝ. ideo teneo hoc cum eis.

3 Ad scdm

Circa scdm an gratia siue caritas possit infundi sine alijs virtutibus theologicis: puta sine fide ꝛ spe. Et arguitur ꝙ nō. quia sicut se habet habitus ad habituȝ: sic actus ad actū ꝛ econuerso: sed nullus actus potest esse in volūtate nisi prius sit in intellectu. igitur nec habitus voluntatis potest esse sine habitu intellectus. sed caritas est habitus voluntatis quo diligit deum: et fides est habitus intellectus quo intelligit deum. igitur ꝛc̄. Si dicatur ꝙ actus caritatis potest esse sine actu fidei: sicut patet in patria. Contra. saltem tunc nō potest esse sine actu intellectus. ꝛ similiter actus patrie nō est ad propositum in via. ꝛ ita videtur ꝙ caritas necessario presupponit aliquē actū vel habitum in intellectu.

R

Ad istam difficultatem respondeo ꝙ deus potest facere de potentia sua absoluta caritatem sine fide et spe. ratio est: quia quando vnū absolutum non dependet necessario ab alio absoluto: potest fieri sine eo sine cōtradictione. sed caritas est q̄d absolutum ꝛ non dependet a fide ꝛ spe vt manifestum est: quia in nullo genere cause. igitur ꝛc̄. Confirmatur. quia quando absolutū respicit diuersa obiecta disparata si potest esse sine eis separatim per naturam potest esse sine eis coniunctim per potētiam diuinam: sed in patria potest caritas separari a fide ꝛ spe separatim. igitur ꝛc̄. Et licet appareat necessitas in actibus: sic scilȝ ꝙ actus voluntatis necessario presupponit actum intellectus: tamen in habitibus non est talis necessitas: quia deus potest suspēdere actiuitatem intellectionum respectu generationis habitus: ita ꝙ non possent generare habitum ꝛ cōcurrere cum actu voluntatis ad generandū habitum. ꝛ tūc hoc posito generabitur habitus in volūtate ꝛ nō in intellectu. ꝛ tūc ad habendum habitum in voluntate sufficit ꝙ obiectū ostendatur volūtati per actum intellectus sine oīm habitu generato.

Z Instantia

Si dicas ꝙ tunc potest generari virtus moralis in voluntate sine prudentia in intellectu.

Repulsio

Respondeo ꝙ non est inconueniens ꝙ deus faciat virtutem moralem sine prudentia habituali. quia deus potest suspēdere actiuitatem actus prudentie respectu generationis habitus: ꝛ potest concurrere cum actu voluntatis respectu generationis virtutis moralis habitualis. si tamen deus nō potest facere actum voluntatis absqȝ actu intellectus. tūc dicitur ꝙ virtus moralis non potest esse sine actu prudentie. Contra. impossibile est virtutem moralem esse sine suo obiecto. quia sicut impossibile est ꝙ aliquis intelligat se intelligere nisi intelligat. ita impossibile est talem virtutem esse sine tali obiecto. nūc autem obiecta partialia virtutis moralis sunt circumstantie sicut locus ꝛ tempus inter quas est precipua recta ratio cuius actus debet conformari ad hoc ꝙ sit virtuosus perfecte. ꝛ per ꝯsequēs impossibile est virtutem moralem esse sine recta ratione que est actus prudentie. Ad argumētum dico ꝙ non est similis proportio inter habitum ꝛ habitum: sicut est inter actū ꝛ actū quia actus voluntatis non causatur ab habitu intellectus nisi mediante actu elicito ab illo habitu. ꝛ ideo actus ītellectus est causa immediata actus volūtatis. sed habitus intellectus a quo elicitur ille actus nō est causa volitionis: nec habitus generati a tali volitione: sed tantum est causa cause: ꝛ ita est causa mediata: quia non est causa actus volūtatis: nec habitus generati per illum actum nisi tātum mediante actu proprio. nunc autem potest deus suspendere actiuitatem illius actus respectu generationis habitus in intellectu ꝛ non in voluntate. ꝛ ideo non est simile.

AD Ad tertiam

Circa tertium vtrum infusa caritate infundantur virtutes morales: dicitur ꝙ sic. cuius ratio est: q̄a deus non minus perfecte operatur in operibus gratie ꝙ nature: sed nō inuenit in natura dare aliqȝ principiū aliarum operationū nisi det omīa necessaria ad illa opera sicut nō dat virtutem progressiuam. nisi det organa ꝛ oīa requisita ad organum. ꝛ sic de alijs operibus

nature.igitur eodez modo in operibus gratie dat oĩa necessaria ad gratiã:sed habens caritatem habet principium operationũ meritoriarum. ⁊ non possunt opera illa exercen sine virtutibus moralibus.ideo dando caritatem dat oĩs virtutes morales. Ista ratio non valet:quia in operibus nature videmus frequenter ꝙ deus dat alicui principium operationis ⁊ tamẽ non dat actualiter oĩa necessaria ad illam operatiõem.Exemplum.deus creando hominem dat sibi principium respectu actus sciendi ⁊ volendi:quia intellectum ⁊ voluntatem.⁊ tamen non oportet ꝙ det sibi habitus per quos faciliter potest in talia opera.sed sufficit ꝙ det sibi potestatem acquirẽdi tales habitus ita in proposito quando dat sibi principia per que potest simpliciter in opera virtuosa ⁊ meritoria non oportet ꝙ det sibi oĩa per que potest i illa opera prompte ⁊ expedite:sed sufficit ꝙ det sibi potestatem acquirẽdi talia. Preterea non imprimũtur nature talia necessaria ad operationem:nisi quãdo principium est insufficiens ad talia exercenda. sic non est in proposito:quia per caritatem fidem ⁊ spem potest aliquis simpliciter in actus meritorios ⁊ hoc dico si habeat caritatem acquisitam. et sic de alijs cum dictamine recte rationis absq3 alijs virtutibus moralibus infusis:licet nõ ita prompte sicut cum alijs virtutibus igitur gratia potest infundi sine talibus virtutibus.

Ad quartũ

Ideo dico ꝙtum ad istum articulum ꝙ preter virtutes morales natas acquiri ex actibus nostris non sunt alique alie ponẽde:sed istud nõ potest evidẽter probari vel improbari:sed q̃a pluralitas non est ponenda sine necessitate: nec apparet aliqua necessitas nec per ratõem evidẽtẽ nec per experiẽtiã nec per auctoritatẽ quia omnes auctoritates tales. puta ipse docuit omnẽ viam prudentie. ⁊ omnia per ipsuz facta sunt.⁊ omnes tales sunt intelligende ꝙ deus est causa partialis respectu cuiuscũq3 effectus ⁊ immediata. ideo superfluum videtur ponere tales virtutes infusas alias ab acquisitis.⁊ sic patet ad tertiuz ⁊ quintũ articulos.

Ad quintũ

Quantum ad quartum dico ꝙ virtutes morales nate acquiri ex actibus non infundũtur in baptismo de cõmuni lege.hoc patet.q̃a aliquis ante baptismuz habẽs habitus viciosos si faciat totuz quod debet digne penitendo ⁊ baptisetur:tamen se sentit pronũ ad vicia cõsueta sicut prius et magis pronũ q̃ si nunq̃ illa peccata cõmisisset.igitur tunc manet aliquis habitus inclinans ad talia peccata:sed nõ videtur verisimile ꝙ deus infundat vnũ habitũ nisi expellat habitum contrarium.igitur habitus alius nõ infunditur in baptismo.⁊ per cõsequens tales virtutes non infundũtur in baptismo.

Primũ dubiũ

Sed contra predicta sunt multa dubia. Primum est an culpa originalis possit remitti in baptismo sine culpa actuali quantuz ad omnẽ suscipientẽ baptismũ. videtur ꝙ sic. quia sicut peccatum cõmissum cum consensu nõ potest per vim sacramenti remitti sine cõsensu penitẽtie.ita peccatuz cõmissum sine cõsensu potest remitti sine consensu per vim sacramenti.sed adultus ficte accedẽs ad baptismum non consentit nec disponit se qui cõmisit peccatum actuale.ponamus tale peccatuz actuale esse cõmissum cuz consensu. igitur nõ sibi remittitur.igitur cum peccatum originale sit in eo contractum sine consensu. videtur ꝙ illud potest sibi remitti virtute sacramenti nõ obstante ꝙ ficte accedat sine assensu. Cõfirmatur.oportet existentẽ in peccato originali baptisari: vel baptismo flaminis.vel fluminis vel sanguinis. igitur si ficte accedens ad baptismum remanet in originali post baptismuz:oportet eum adhuc baptisari. quod videtur absurdum.

Scdm

Secundũ dubium.quare paruulus non baptisatus obligatur ad penã eternam: cum talis pena non debeatur nisi culpe ⁊ paruulus nunq̃ habuit actum peccandi vel habitum.

Terciũ

Tertiuz est qualiter virtutes theologice infundũtur in baptismo:cuz habitus ordinẽtur ad actus quos paruuli habere non possunt.

Quartũ

Quartuz est ꝙ videtur ꝙ alique virtutes morales sint necessarie preter acq̃sitas Primo quia virtutes morales acquisite non sunt nate dirigere actus suos in deũ.quia phs ⁊ alij phi habuerunt virtutem fortitudinis tẽperantie.⁊ sic de alijs eiusdem rationis cũ virtutibus nostris.igitur sicut virtutes sue nõ dirigebant opera sua in finem vltimum:nec nostre facient cum sint eiusdem rationis in eis ⁊ in nobis. igitur propter istas oportet ponere alias dirigentes opera sua in finem vltimum Preterea.opera dei sunt perfecta.igitur quãdo sanat hominem perfecte sanat eum. igitur non tantum infundit virtutẽ in parte intellectiua:ꝫ etiã sensitiua ꝑ quas perfecte sanatur huiusmodi autem sunt virtutes morales. igitur ⁊c̃. Preterea arguitur si paruulus moreretur anteq̃ esset adultus semꝑ careret illis virtutibus:quod videtur incõueniens.

Ad primũ dubiũ

Ad primũ istorum dico ꝙ adulto non potest remitti peccatum originale nisi etiã remittatur actuale peccatum. Cuius due rationes assignantur extra de baptismo ⁊ eius effectu caplo maiores.§.illud vero.quarum prima ẽ ꝙ deus ex toto sanat hoiem ⁊ non ex parte vel omnino

non sanat. ꝛ ideo remittit vtrunq3 peccatum. si vtrunq3 insit vel nihil remittit. Secunda ratio est quia peccato originali debetur carentia visiõis diuine: pctõ actuali debet' pena gehēne. si igit' pctm̃ originale deleret' sine deletiõe peccati actualis per remissionē peccati originalis aperitur ianua. ita ꝙ potest deum videre visione beatifica: et si remaneat peccatum actuale adhuc reseruatur sibi pena gehēne. et per cõsequens talis decedēs potest deuz videre. ꝛ tamē cruciari pena gehēne: qđ ab oĩbus negatur. ꝛ ideo dico ꝙ nõ remittitur vnũ sine alio. Ad argumentũ in contrariũ dico ꝙ verum cõcludit si nõ sit aliqđ impedimentũ speciale: quale est in adulto ꝑpter peccatũ actuale cõmissuz. in paruulo in quo nõ est tale impedimentũ est verum. quia peccatũ contractũ sine cõsensu remittitur sine dissensu. Ad aliud dico ꝙ nec ficte accedēs ad baptismũ nec peccans actualiter quãdo baptisatur est rebaptisandus. quia tũc licet neuter accipiat effectũ baptismi. tamē põt post penitere ꝛ accipere baptismũ. ꝛ tunc per penitentiã ablui tam ab originali q̃ ab actuali. Ad secundum dico. ꝙ pena debetur. quia deus sic ordinauit. quia sicut deus creat creaturaz quãlibet ex mera voluntate sua. ita ex mera volũtate sua potest facere de creatura quicquid sibi placet. sicut em̃ si aliquis diligeret deuz ꝛ faceret oĩa opera deo accepta: potest eũ deus ãnihilare sine aliqua iniuria. ita sibi post talia opera potest nõ dare vitã etetnã: sed penã eternã sine iniuria. ꝛ ratio est quia deus nullius est debitor. ꝛ ideo quicquid facit nobis ex mera gratia facit. ꝛ iõ ex hoc ipso ꝙ de' facit aliq̃d iuste factũ est. Exẽplum. xp̃s nunq̃ peccauit: et tamē fuit punit' grauissime vsq3 ad mortẽ. Ad tertiuz dico. ꝙ nec potest probari per rationē nec per auctoritatẽ ecclesie ꝙ virtutes theologice sufficiẽter infundãtur in baptismo. quia licet ecclesia reputat illam probabiliorẽ que tenet ꝙ ille virtutes infundũtur. tamen contrariã opinionẽ nõ dãnat. sicut patet extra de summa trinitate ꝛ fide catholica capitulo vnico. lib. vij. ꝛ cẽ de baptismo ꝛ eius effectu. Ad auctoritates aliquas ꝑpter quas aliqui dixerũt baptismũ inutiliter conferri paruulis. quia nõ habẽt charitatẽ. quia vt dicunt ſm apostolum. charitas opit multitudinẽ peccatoꝝ. ꝛ de magdalena. dixit christus dimissa sunt ei pctã multa: quoniã dilexit multũ que non possunt competere nisi consentiẽtibus quales non sunt paruuli. Respondit domin' papa. ꝙ baptismus est vtilis. quia per euz liberatur homo a culpa ꝛ aperitur sibi ianua ꝛc̃. ꝛ postea subdit domin' papa. Ceteruz ex vi littere ptz satis q̃ ꝑdicte auctoritates christi ꝛ apostoli sunt intelligende de adultis qui habent multitudinẽ peccatorũ tam ẽ de paruulis nõ possunt intelligi qui tm̃ peccato tenẽtur originali. Similiter ꝛ illa auctoritas est soluenda qui crediderit ꝛ baptisatus fuerit. cum non possent credere paruuli: sed adulti ꝛ ad hoc tota illa auctoritas intelligẽda est de adultis vt ad alios ꝛ ad alios scđa clausula referatur quãuis aliqui concedant ꝙ paruuli credũt non per vsum sed per habitum fidei quez susceperunt in baptismo sicut ꝛ alia multa verba ſm vsum cõmunẽ loquendi non ad actum sed ad aptitudinẽ referũtur: ꝛ ideo vtrum infundantur vel nõ: dimittitur doctoribus disputandum ꝛ inuestigandũ: sic igitur patet ꝙ nõ apparet necessitas ponendi istas virtutes theologicas infundi in baptismo: q2 tamẽ auctoritates sanctoꝝ videntur hic sonare ꝛ maxime augustini super canonica Job. ꝙ sola caritas diuidit inter filios dei ꝛ filios perditionis: ꝛ multe alie sunt ad hoc. ꝛ etiam doctores tenent hoc cõiter. igitur teneo cum eis ꝙ iste virtutes infundũtur in baptismo. Sed ad quid ponũtur in paruulo ex quo nullũ actũ potest elicere mediantibus illis. Respondeo ꝙ licet non valeant q̃tũ ad electionem actuũ tempore infantie: valebunt tamẽ quando erit adultus: ꝛ per illos habitus tũc potest in opera meritoria cum alijs acquisitis ꝛ valent sibi quocunq3 tempore vt ostendatur diuisus a filijs perditionis ꝛ copulatus filijs regni. Ad quartũ dico ꝙ ꝑter virtutes acquisitas nõ sunt alie virtutes infuse necessarie ꝙ caritas sufficit cum virtutibus acquisitis: quia caritas inclinat immediate ad actum cuiuslibet virtutis: ꝛ ideo dicit Gregorius ꝙ omnia precepta sunt vnũ in radice caritatis. ꝛ isto modo oẽs virtutes sunt cõnexe in caritate vnde caritas inclinat ad actum cuiuscunq3 virtutis: licz nõ ita prompte ꝛ expedite sicut cum alijs virtutibus. ꝛ ideo nullus actus est virtuosus perfecte vel meritorius sine actu caritatis. Et quãdo dicitur ꝙ non dirigunt in finem dico ꝙ mediante caritate satis dirigunt ĩ finẽ vltimum. Et quando dicitur ꝙ virtutes pħoꝝ fuerunt eiusdem rationis cum virtutibus nostris. Nego ꝛ dico ꝙ virtutes morales distinguntur ſz distinctionem obiectorum partialium: nunc autem finis est obiectum partiale virtutis sicut al's dictum est: nunc autem pħi in acquirendo virtutes morales habuerunt alium finem q̃ xp̃m. verbi gratia abstinet christianus ab actu fornicãdi ꝑpter deuz: ꝛ quia deus precepit sibi abstinere. ita ꝙ deus est hic causa fi

Q
Aliud

R
Ad tertium

S
Ad quartum

Ad aliud dico. ꝙ duo loca sursum et deorsum non sunt contraria quicq̃d homines dicãt de hoc quia in aere est reperire partem superiorem et inferiorem que sunt eiusdem speciei quo ad omnia tam quo ad materiam ꝙ̃ ad formaȝ tam ad quãtitatem ꝙ̃ ad qualitatem penes que et inter que est talis cõtrarietas non video. tamen est ibi talis cõtrarietas qualis requiritur ad motum localem et huiusmodi est solum distantia vnius extremi ad aliud simpliciter. sicut quando aliquis mouetur de minus albo ad magis album non est ibi cõtrarietas sed distantia sufficiens ad motum.

Ad quartũ

Ad aliud dico ꝙ est in distinctis locis numero. et tamen nõ sunt contraria loca nec differentia specie et vltra nego illam ꝓpositõnem. quia plura accidentia eiusdeȝ speciei nõ possunt esse in eodem loco sicut alias dictum est. tamen quãdo sunt plura accidentia nata facere vnum accidens numero. sicut due partes albedinis in eadem superficie possunt facere vnam albedinem ad modum quo due partes aque faciunt vnam aquam et due partes ignis faciunt vnum ignem et actus nõ respicit certum obiectum. quia talia accidẽtia plura eiusdem speciei distincta solum numero non possunt naturaliter idem subiectum informare. Dico autem quãdo respicit certum obiectum. sicut duo habitus dilectionis eiusdem speciei inclinantes ad diligendum duos homines quorum vnus potest ꝑdi alio manente non distinguuntur specie plusqȝ̃ coruȝ obiecta.

et tamen non faciunt vnum accidens. & sunt duo in eodem subiecto. et hoc quia vterqꝫ respicit certum obiectum. et eodem modo ponendo species rerum in medio potest dici ꝙ sunt solum numero distincte.

Ad quintã

Ad aliud dico ꝙ licet corpus christi sit limitatum de se. tamen per potentiam diuinam potest esse illimitatum ad multa loca. sicut potest eẽ in multis altaribus non obstante limitatione sua. Tenendo tamen cõmunem opinionẽ de quãtitate ꝙ sit res absoluto distincta a substantia et qualitate. sic potest vno modo dici ꝙ corpus xp̄i est sub illis spẽbus sine omni quãtitate. et ꝙ est in celo cum quantitate modo priua exposito. quia substantia potest esse vbi suum accidens est. et patet per exemplum de natura assumpto et respectu de genere vbi.

Aliter potest dici ꝙ ibi est quantitas christi sub illis speciebus & nã circumscriptiue. quia hoc est impossibile sed tantum diffinitiue. et tunc proportionabiliter dicendum est de substantia et quantitate. ꝙ quantitas existit in loco tota et tota in qualibet eiꝰ parte. et ꝙ sunt due quantitates in eadem loco. et ita est hic eodem modo per omnia dicendum. sicut de substantia ponendo ꝙ quantitas non distinguntur a substantiis et qualitate. Notandũ est hic ꝙ quando de materia quanta et extensa fit non extensa vel econuerso. Hoc potest intelligi tripliciter. Uno modo ꝙ illa extensa occupet maiorem locum ꝙ non extensa. Alio modo ꝙ minorem locum occupet. Tertio modo ꝙ locum equalem. Si primo modo tunc ibi sunt due mutationes. vna acquisitiua alia deperditiua. Acquisitiua quia materia illa acquirit nouum locum quem ꝑus non habuit ex quo maiorem occupat. Et similiter quelibet pars acquirit nouum locum. Deperditiua mutatio est ibi. quia quando materia fuit iextensa. tunc fuit tota cum toto loco ⁊ tota cum qualibet parte sed quando extenditur tunc tantum est tota in tota et quelibet pars cum qualibet parte. ⁊ per consequens omnes partes materie perdũt illo loca que prius habuerunt. quia prius fuit pes cum capite ⁊ ecõuerso et modo distant. et ideo vtraqꝫ perdidit locum quem prius habuit. Si secundo modo tunc est solo mutatio deperditiua. quia tantum minus occupat de loco ꝙ prius. et ꝑ consequens maiorem locum perdit ⁊ occupat minorem illius maioris. Similiter perdunt loca prius habita. quia prius totum fuit cuꝫ qualibet parte et econuerso. Nunc autem quando est extensa est tota cum toto. non tota cũ qualibet eius parte. nunc autem partes distant ⁊ per consequens perdunt multa loca prius habita. Si tertio modo et de materia non extensa fiat extensa. tunc est tantuꝫ mutatio deperditiuo non acquisitiuo. quia tunc omnes partes que tunc omnes simul fuerunt cum toto ⁊ qualibet parte dimittunt loca prius habita. sed nõ omnia. quia quelibet pars retinet vnũ certum determinatum vbi quando extenditur et mouetur localiter perdendo omnia loca. sicut pes tenet vnum locum vel vnam partem loci inferioris. et per motum localem dimittit locum quem prius habuit cum capite. et sic de alijs partibus. eodem modo caput tenet locum supremum et perdit locum quẽ prius habuit cum pede. quia modo distant prius non. Si autem de materia extensa fuit non extensa in equali loco. tunc est tantum motus localis acquisitiuus. et tunc quelibet pars tenet locum quem prius habuit et acquirit multa alia loca de nouo. quia tot quot sunt partes alie. quia totum et partes mouentur localiter ad essendum simul. ita ꝙ caput tenet locum quem prius habebat et mouetur localiter ad occupandum locum pedis. et sic de alijs partibus. Et sic patet ꝙ diuersimode est dicendum de motu istarum partium.

Instãtia ꝓma

Si dicis cõtra illam positionem vltimam de quantitate quia impossibile est ꝙ sit ibi vna quantitas ⁊ hic alia. nisi tangãt se vel sit commensuratio quantitatis ad locum. et per consequens erit in loco circumscriptiue.

S. ba

Item sicut substãtia se habet ad essendum in loco diffinitiue. ita quantitas ad essendum in loca circumscriptiue sed impossibile est ꝙ sit substantia. nisi sit in loco diffinitiue. igitur nec potest eẽ quãtitas nisi sit in loca circumscriptiue si locꝰ sit.

Ad ꝓmã

Ad primum dico ꝙ hic potest esse vna pars quantitatis: et ibi alia in alio loca. et tamen non tangunt se quia ad tactum requiritur distantia inter partes et inter totum et partes. Nunc autem si quantitas corporis christi sit sub illis specie. quelibet pars quantitatis est vbi est alia et ecõuerso. et ideo partes non tãgũt se nec sunt circumscriptiue in loco. sed si vna pars quãtitatis sit precise hic. ita ꝙ non alibi et hic non sit alia pars et alia precise sit alibi et nõ sit hic. tunc propositio accepta haberet veritatem. sed sic non est in proposito.

Ad scḋam

Ad aliud nego assumptum. quia esse in loco diffinitiue conuenit omni creato. ⁊ ita quãtitati et cuicũqꝫ competit: competit illi mediante quãtitate. Unde dico ꝙ quãt tos potest esse in loco diffinitiue ⁊ circũscriptiue. sed sbs

ex se retenta illa positione potest solum esse in loco diffinitiue. et si sit circumscriptiue in loco. hoc solum est per quantitatem. Ad primum principale tenendo primam opinionem. dico ꝙ non oportet ꝙ illa que equalem locum occupant equalia sint: nisi naturaliter et eodem modo occupant locum. ita ꝙ si vnum sit circumscriptiue et aliud: et econuerso. et si vnum sit in loco diffinitiue: et aliud circumscriptiue. tunc non oportet. potest enim angelus et alia substãtia materialis existere in loco puncti et in alio magno loco. ita ꝙ sit totum in toto et totum in qualibet parte. et tamẽ punctus et illa substantia non sunt equales: sic est in proposito. ille species sunt in loco circumscriptiue: sed corpus christi diffinitiue. ideo in proposito non habet propositio accepta veritatem. Ad aliud quomodo respondendum sit satis patet ex dictis.

Ad primum principale

Questio quinta.

A Questio. V

Trum actio et passio et omne accidens possint inesse corpori christi existenti in eucharistia que insunt sibi localiter existẽti in celo. ꝙ non probatur. quia in hostia non possunt videri nec audiri: et ista competunt sibi in celo. igitur et cetera. Item actiuum et passiuum non possunt agere nec pati nisi habeant modum quantitatiuum. sed corpus christi in altari non habet modum quãtitatiuum. igitur et cetera.

Ad oppositum actiuo sufficienter approximato passiuo potest sequi actio: sed in eucharistia omne actiuum est sufficienter approximatum passiuo: sicut patet. igitur et cetera. Hic primo distinguo de actione et passione. quia quedã est cuius principium est substantia quanta vel nata esse quanta. Et quedam est cuius principium est natura pure spiritualis. Alia est distinctio. quia quedam est actio que terminatur ad formã absolutam formaliter inherentẽ alicui passo: quedã est actio que terminatur ad vbi secundum aliquos. vel ad locum secundum alios. Ideo primo videndum est an christus in hostia possit habere actionem omnem et passionem terminatam ad formam absolutam inherentem cuius principium est natura corporalis. Secundo. vtrum possit omnẽ actionem et passionem habere terminatam ad vbi: cuius principium est natura corporalis. Tertio. vtrum possit habere omnem actionem et passionem: cuius principium est natura pure spiritualis. Quantum ad primum est vna opinio ꝙ christus in hostia non potest videri: nec videre calefieri nec calefacere. et sic de aliis. quod probatur. quia nihil videtur oculo corporali: nisi per hoc ꝙ oculus mouetur ab obiecto secundum similitudinem in obiecto existentem. et primo est in medio post in sensu. sed similitudo corporis christi non potest esse in medio. Tum quia actio corporalis christi requirit cõtactum quia nihil aliud est ꝙ coniunctio terminorum duarum quantitatum. Hoc enim modo corpus christi non tangit medium certum est. Tum quia color immediate consequitur quãtitatem tanquam subiectum immediatum ipsius. sed corpus christi non habet ordinem ad hunc locum ratiõne sue quantitatis. quia non est in hostia nisi mediante sua substantia nec ratione corporis christi. Quantum ad secũdum dicit ꝙ mouetur per accidens. quia per motum hostie. sicut est in loco per accidens.

Conclusio

B Circa primum

Secundo

Circa secundum

Circa tertium

Quantum ad tertium dicit ꝙ non potest videri naturaliter nec ab intellectu angelico nec humano. Probatur quia corpus christi vt ibi est obiectum fidei. igitur non potest cognosci naturaliter. Sed quantum ad primũ dicit Johannes ꝙ non. quia organũ sensus corporis christi vt est in eucharistia nõ est isto modo quo requiritur ad hoc ꝙ immutetur ab obiecto. quia ad hoc requiritur ꝙ habeat modum quantitatiuum. et sit localiter et circumscriptiue in loco. ideo non est ibi presens presentia que requiritur ad rationem obiecti mouentis visum quere ibi. Quantum ad secũdum dicit primo ꝙ mouetur motu extensiuo. dicto. quod patet quia vbicunque est hostia ibi est corpus christi. sed hostia mouetur localiter. igitur et cetera. Secundo dicit ꝙ isto motu mouetur immediate a deo. quod patet quia quãdo aliqua coniunguntur precise per actum voluntatis contingenter se habent ad illã coniunctionem si vnum illorum secundum se sit mobile omnino improportionatum ipsi mouenti et reliquum proportionatum non eadem motione potest mouere vtrunque coniunctorum. Exemplum posito ꝙ angelus per actum voluntatis sue coniungatur lapidi et lapis est mobile proportionatum homini portanti et angelus non. tunc certum est ꝙ tunc eadem motione non potest homo mouere lapidem et angelum. sed corpus christi et cetera. quere Johannem.

C Opinio secunda Primum dictum Scoti

Secundum

Quantum ad tertium principale dicit Johannes ꝙ christum potest vti quacunque potẽtentia actiua spirituali. quia non requiritur ad actionem ꝙ habeat esse localiter. quere Johannem in quarto. Contra istas opiniones posset multipliciter argui. Et primo contra primum doctorem quo ad eius primum articulum posset argui: probando videlicet

Tertium

Contra predicta

ꝙ non est inconueniens idem agere in seipsū sicut patet de voluntate et per consequēs nō requirit̄ cōtact⁹ talis. q2 ptact⁹ est distinctoꝝ. Item prius probatuꝫ est ꝙ distans potest agere in distans. igitur nō requiritur talis contactus. Contra opinionē Iohis q̄tum ad primum articulum. quia fundamentuꝫ illius propositionis. ꝙ omne actiuum ⁊ passiuuꝫ corporale ad hoc ꝙ agat est in loco circumscriptiue ⁊ q̄tum ⁊ extensum. quia f̄m eum ⁊ auicennā si calor esset separatus ab omni substātia. tūc potest in omnem operationem in quoꝫ modo potest. sed hoc posito non esset calor in subiecto: nec in loco extensiue. Item f̄m auicennā potest idem agere in se: non obstante ꝙ sit a se localiter indistinctum. sed qua ratione agens ⁊ patiens non oportet ꝙ sint localiter distincta eadem ratione. nec oportet ꝙ agens sit in loco localiter ad hoc ꝙ agat. Item actiuū respiciens diuersa passiua sibi sufficiēter approximata ⁊ eque disposita. si potest agere in vnū ⁊ in aliud sed color in corpore christi potest intuitiue videri ab angelo. quia f̄m eum sensibile pōt agere: non solū in corpus: sed etiā in spiritum. quia angelus accipit f̄m eum cognitionem a reb⁹ abstrahendo ab eis species. ⁊ ideo idem color q̄tum est de se potest videri a potētia angelica: cum ipsa sit sufficienter approximata ⁊ eque disposita. Si dicas ꝙ angelus hoc potest propter lumen glorie. Contra. f̄m ipsum demon sibi derelictus potest cognoscere vbi est corpus christi. non tamen a deo permittitur. sicut non permittitur scire cogitationes nostras. igitur angelus ex puris naturalibus potest cognoscere illud corp⁹. Si dicas. ꝙ ideo angelus intelligit intuitiue. quia intellectus suus respicit omne intelligibile. q̄a intellectus ⁊ intelligibile in se prius est omni modo accidentali. ⁊ ideo nullus modus accidentalis. scilicet non esse in loco quātitatiue. ⁊ similis potest impedire intellectionē intuitiuam angeli. Sed aliter est de visu corporali. quia nō est prior omni modo accidentali. Cōtra. responsio concedit propositum. quia sicut modus essendi quātitatiue in loco est modus accidētalis coloris. ⁊ color est prior omni tali modo essendi accidētali. quia potest esse sine illis igitur cum color sit obiectum primuꝫ visus et nō quātitas prius respicitur color a visu corporali ꝙ quicunqꝫ modus eius accidentalis. ⁊ p consequens potest videri a visu corporali sine omni tali modo accidētali. Si dicas ꝙ quātitas est prior colore. quia subiectum eius est. ideo non est solum modus accidētalis: nec potest color videri sine quātitate. Contra. licet naturaliter color insit quātitati habēti modū quātitatiuuꝫ. quia in proposito non est in quātitate habente modum quātitatiuū. igitur lꝫ q̄titas vt est subiectū in se sit prior colore. non tamē iste modus quātitatis. quia sine illo potest esse quātitas ponendo quātitatem rē distinctam et existentem in corpore sub hostia. Item si istud valeret eodem modo posset dici ꝙ color non potest videri nisi informaret subiectum. quia substantia est subiectum eius et prior eo. et tunc arguo sicut ipse arguit. modus accidentalis in obiecto non impedit cognitōnem illius obiecti sed esse in quātitate habente modum quātitatiuum est modus accidētalis coloris. igitur color potest videri absqꝫ hoc ꝙ habeat talem modum quātitatiuum. Iteꝫ ad p̄ncipale sic: omnes effectus dependēt sufficienter ex suis causis essentialibus et dispositionibus et approximationibus earum. sed quātitas non est causa effectiua respectu visionis albedinis. igitur distructa quantitate ⁊ modo q̄titotiuo adhuc potest videri albedo.

Contra aliud quātum ad secūdum articuluꝫ non videtur ꝙ corpus christi sit in loco in sacramento per accidēs. quia corpus immediate et per se fundat respectum presentialitatis ad hunc locum. igitur per se et immediate est in hoc loco. Item non videtur contradictio nec impossibile q̄n deus possit conseruare corpus christi in loco cui presens est in sacramento omni alio destructo quod est presens tali loco circūscriptiue sed modo est realiter corpus christi presens loco hostie. igitur potest deus conseruare corpus christi presens ibi destruēdo hostiam que non inheret corpori christi. s3 est ibi totale extrinsecum sicut corpus assumptum in angelo. sed destructis speciebus ⁊ remanente in corpore p̄sentialiter est immediate et per se presens illi loco. igitur eodem modo nunc est immediate presens. et sic est in loco per se ⁊ immediate. igitur potest per se moueri. Item contra Iohanneꝫ in hoc ꝙ ponit corpus christi in altari tantū moueri a deo. q2 ipsemet dicit post ꝙ in anima est duplex potētia organica et non organica. quarum vtraqꝫ est principium motus localis. sed potentia organica respicit corpus vt mobile f̄m eū in sacramento eucharistie. igitur anima christi potest mouere corpus xp̄i quādo nō habꝫ modū quātitatiuū. sicut quādo habet. tn̄ vt excusetur a contradictione istud dictum potest habere duos causas veritatis. scꝫ ꝙ potētia motiua nō organica in ipo non potest corpus mouere

quātum est de se corpus christi in eucharistia. Alia causa est ꝙ non potest mouere. quia non est necessarium ꝙ moueatur. quia immediate mouetur a deo. Confirmatur sicut modus accidentalis existendi quātitatiue non impedit actionem corporis xpi in animā alicuius beati fm eum: quin intellectus beati possit videre corpus xpi. licet non existat quātitatiue. ita videtur ex alia parte ꝙ modus ille accidentalis quātitatiue existēdi non impedit: quin corpus xpi possit pati a potentia organica et non organica siue anime proportionata sibi.

D
Rñsio ad arti.

Aliter ergo dico ad articulos predictos. ꝙ sepositis illis que sunt fidei non potest probari per rationem: quin omnē actionem et passionē terminatā ad formā absolutam quam potest corpus habere existens in loco circūscriptiue habeat in loco diffinitiue et non quātitatiue. qđ probo. quia non minus potest aliqđ principiū actiuum habere actionem: quando fm se totū est presens alicui passo. puta alicui calefactibili. ꝙ quando per vnam partē est presens vni et per aliam est presens alteri. sed corpus christi in hostia est presens fm se toto hostie et toti et cuilibet parti. igitur calor corporis xpi potest agere in hostiam et calefacere eā. Per idē potest probari ꝙ corpus christi pōt videri in hostia oculo corporali. quia est actiuum: non tm̄ in mediū sed etiam in oculum. quia fm se toto est presens cuilibet parti oculi et medij. et per hoc sequitur ꝙ si corpus xpi potest causare visionem etiam p̄mo: vt hic ꝙ multo magis potest terminare talem visionē: vt hic primo terminatam in oculo a solo deo. quia non minus repugnat alicui existēti realiter primo terminare talem visionem ꝙ nō existenti sed deus potest facere ꝙ non existens terminet visionem intuitiuā: sicut alibi dictū est. ergo etc. Item quādo sunt duo actiua. quorum vnum est ex se actiuum: et ponitur habere consimilē modum existendi cum alio pōt vnum agere sicut aliud sed anima intellectiua pōt agere in corpus nō obstante ꝙ nō habeat modum existēdi quātitatiuū. quia Augustinus. ix. de trinitate. dicit ꝙ animo magnā habet immutationē respectu corporis sui igitur eodem modo qualitates in corpore xpi possunt agere in aliqđ corpus non obstante ꝙ nō habeat modū quātitatiuū essendi. et sic vt videtur corpus xpi pōt causare particulariter visionē in oculo nō glorioso. ita ꝙ ille oculus videat corpus xpi qđ est principiū actiuū ex parte obiecti: et principiū passiuū ex parte oculi. et modus essendi quātitatiuus nō impedit: et alia requisita ponūtur. igitur pōt poni actio. Unde videtur ꝙ ista ꝓpositio cōmunis ꝙ agente approximato et passo disposito sequitur actio non est neganda nisi obuiet sibi vel auctoritas vel experientia. Experientia autem quā nunc habemus de corpore christi de facto non concludit. quia deus suspendit actionem istarum qualitatum non coagēdo cum illis vt agant. fm si coageret. videretur nec est auctoritas in scriptura aliqua vt pars nec ratio est ad hoc. sed magis ad oppositum Ex isto sequitur ꝙ corpus christi potest terminare corporalem visionem. quia non magis repugnat alicui existenti realiter terminare corporalem visionem ꝙ non existenti. sicut prius dictum est. Eodem modo dico ꝙ non potest probari per rationem ꝙ corpus christi sub hostia alicui actiuo sufficienter approximatū nō potest ab illo pati. cum ab agente cui est presens fm partem tantū possit pati: multo magis potest pati ab agente cui est presens fm se totum.

E
Ad scđm artic.

Quātum ad secūdum de actione et passione terminantis ad locum. Dico ꝙ corpus potest moueri realiter et localiter in sacramēto. quia est vbicunq; est hostia. Secūdo dico ꝙ potest moueri in sacramento per virtutem creatam. quia habet virtutem organicā et non organicam qua potest moueri. Et per vtranq; virtutem potest moueri in sacramento. Hoc probatur. quia quādo aliquid habet modum essendi cōuenientem mobili et modum eēndi conuenientem mouenti non est inconueniens illud moueri et aliud mouere. sed corpus christi habet modū essendi conuenientem mobili et aīa xpi habet modū eēndi cōuenientē mouenti quātum ad potentiā non organicam. igitur etc. Unde sicut angelus potest mouere se et potentia organica potest esse ratio mouendi corpus. ita anima intellectiua potest mouere corpus suum siue corpus habeat modum essendi quātitatiuum siue non.

F
Nota hec dub.

Sed dubiū est que est potentia organica et que non organica. et quid est mouere organice et quid non organice. Respōdeo potentia organica est que vtitur organo corporali in actione sua. cuiusmodi sunt omnes potentie extense in materia. sicut potentie sensitiue. Potentia non organica est illa que non vtitur organo corporali in actione sua. sicut intellectus et voluntas. Johannes autē ponit ꝙ anima intellectiua habet potentiam organicam et non organicā et hoc sequitur si ponatur ꝙ anima intellectiua et sensitiua in hoīe sunt eadē forma. tunc enī anima habet quasdā potētias organicas. q̄a sensitiuas et quasdā nō organicas. q̄ intellectū

et voluntatem. sed econtra qui ponunt ani-
maz intellectiuã distingui realiter a sensitiua
in homine habent ponere ꝙ aia intellectiua
in corpore habet potentiam non organicam.
Sed quid est mouere organice et non organi-
ce. Respondeo mouere organice est mouere
primo vnam partem et post mediante illa ali
am. sicut est in motu animalium ꝙ scilꝫ primo
forte mouetur cor motu locali realiter et post
mediante motu cordis alia pars magis pro-
pinqua ⁊ post tertia. et sic deinceps ⁊ hoc vni
uersaliter in omni motu composito ex pulsu ⁊
tractu et in omni motu vbi ꝑmo pellitur vna
pars et post trahitur alia. Sed mouere nõ or-
ganice est mouere totum et partem eque pri-
mo. sicut angelus in corpore assumpto. quia ẽ
totus in toto et in quolibet parte totus. ideo
eque primo mouet quãlibet partem. Est eti-
am totus in toto et totus in quolibet parte.
sicut motor in mobili. non autem sicut perfe-
ctio in perfectibili. sicut anima intellectiua ẽ
tota in toto et tota in qualibet parte. non ta-
men mouet totum eque primo ⁊ quãlibet par
tem. sed primo mouet vnaꝫ partem ⁊ post me
diante illa aliam. sicut prius dictuꝫ est. Quia
licet anima sit tota in toto et tota in qualibꝫ
parte. non tamen sicut motor in mobili. sed si
cut perfectio in perfectibili. et ex hoc patet ꝙ
anima intellectiua in nobis non potest moue
re corpus nostrum non organice. et hoc quia
primo mouet vnam partem ⁊ post aliam mo-
do iam dicto. et etiam quia inter partes talis
corporis est distantia localis. quia totum non
coexistit cuilibet parti. et ideo ad hoc ꝙ aliqđ
moueat organice requiritur ꝙ primo moueat
vnam partem et post alteram et ꝙ inter illas
partes sit distãtia. et hoc est solum qñ totũ est
circumscriptiue in loco. ita ꝙ totum correspõ
deat toti ⁊ pars vni parti precise. Sed potest
ne anima intellectiua in christo mouere cor-
pus christi organice et non organice. Dico ꝙ
anima intellectiua christi in celo potest moue
re corpus christi organice. sicut anima intelle
ctiua mea et solum sic. Tum quia corpus chri-
sti in celo est circumscriptiue in loco. ita ꝙ est
distantia inter partes corporis. Tum quia so-
lum mouet primo vnam partem ⁊ post aliam
Et est potẽtia tunc motiua non organice vo-
luntas que potest appetere aliquid distans ꝑ
pter quod vult corpus suum mouere. Secun-
do dico ꝙ anima intellectiua christi sub hostia
potest mouere corpus christi non organice. q2
organice non potest mouere in sacramẽto co
ꝙ non potest primo mouere vnam partem et

post aliam mediante prima. quia inter partes
corporis hic vel ibi non est distantia localis.
quia totum est in toto et totũ in qualibet par
te. et ideo non potest mouere vnam partẽ pri-
us ꝙ aliam. quia quelibet pars est cũ alia. sed
non organice potest mouere localiter. quia po
test velle. et credo ꝙ vult corpus suum de fa-
cto moueri ad motuꝫ hostie. et hoc propter cõ
formitatem voluntatis sue ad voluntateꝫ di-
uinam potest illud corpus sic moueri et vult.
et sic volendo si moueatur hostia mouet tunc
corpus suum non organice. quia eque ꝑmo to
tum et quãlibet eius partem. eo ꝙ totum ẽ in
toto ⁊ in qualibet parte. et nõ est distantia in
ter partes que necessario requiruntur ad mo-
uere organice. Ex hoc patet ꝙ quãdo mouet
hostia anima intellectiua christi mouet volũ-
tate sua immediate corpus christi sub hostia
non organice. sicut causa partialis cõcurrens
cum voluntate diuina causante contingẽter
disponente illud corpus moueri ad motuꝫ ho
stie. et hoc totum est ꝑpter conformitatem vo
luntatis humane in christo ad voluntateꝫ di
uinam. et sic intelligo ꝙ anima intellectiua
christi mouet corpus suum in hostia non orga
nice. Si queras ꝗd si anima christi suspẽdat
actum volũtatis sue mouetur ne corpus chri-
sti ad motum hostie? Dico ꝙ sic et hoc posito
tunc soluꝫ moueretur a deo. et sic forte potest
intelligi Johannes in hac parte. Sed potest
ne anima intellectiua christi in hostia separa-
ri ab hostia. ita ꝙ non moueretur ad motũ ho-
stie. Dico ꝙ sic nisi eẽt ordinatio diuina in cõ-
trarium que de facto ordinat semper illud cor
pus moueri ad motum hostie. sed non obstan
te illa ordinatione potest separare se ab ho-
stia et hoc volendo quiescere hostia mota vel
hostia quiescente volendo recedere et moue-
ri ad alium locum. tunc esset causa partialis
concurrens cum deo ad causandum istuꝫ mo-
tum. et eodem modo potest separari illud cor
pus ab hostia predictis modis. sicut causa to-
talis. Quãtum ad tertium dico ꝙ christus
in sacramento altaris potest intelligere natu
raliter et intuitiue alia obiecta. ac si esset ibi
quãtitatiue. potest etiam ibi intelligi ⁊ vide-
ri naturaliter et intuitiue non tantum ab in-
tellectu angelico. nec anima separata sed eti-
am ab oculo corporali nisi esset speciale impe
dimentum. de quo supra patuit. et hoc nõ tñ
est verũ quãtũ ad substantialia. ꝟ etiã quãtuꝫ
ad accñtalia. hec patẽt. q2 posito actiuo suffi-
ciẽte ⁊ passiuo disposito ⁊ approximato sequit
actio. ꝟ nõ est negãda nisi appeat rõ euidẽs in

Ad tertiũ arti.

cōtrariū vel experientia certa vel auctoritas quorum nullū patet in ꝑposito. sicut supra dictū est Confirmat̄ q: nō repugnat intellectui pati ab aliquo non habente modum quātitatiuum. igitur ad hoc ꝙ intelligat istud vel illud nihil refert vtrum habeat modum quātitatiuū vel non. Mirabile enim esset si christus existens sub hostia nesciere vbi esset. Jō teneo ꝙ omnē actōem ꝛ passionem quam potest habere quādo existit circumscriptiue in loco potest habere in eucharistia nisi aliō impediret. puta volūtas diuina. sicut supra dictū est.

D Ad primā p. op.

Ad rationes aliarum opinionum. Ad primā de similitudie in medio dico ꝙ ad actōnem corporalem non requirit̄ contactus corporalis. Tum quia distans potest agere in distans. sicut supra ꝓbatū est. Tum quia anima potest agere in corpus suum sicut substantia. patet per Augustinū. Tum quia corpus potest agere in spiritū. sicut etiam in secūdo dictum est. Tum quia idem potest agere in se. sicut patet de volūtate et intellectu. ꝛ specialiter de volūtate. et ideo dico ꝙ ad talem actionem sufficit debita approximatio ꝛ presentia qualis est in proposito.

Ad scd̄m

Ad aliud de colore dico tenendo opinionem prius recitatā. quia color non ꝯsequitur immediate quātitatē. sed substantiā. ꝛ quātitas consequitur immediate tam substantiam ꝙ colorem. quia predicat̄ de vtroqꝫ in secūdo modo dicendi per se. sicut conceptus quidā cōnotatiuus. sicut prius dictum est. Tenendo etiā ꝙ quantitas sit alia res a substantia et qualitate. tunc color nō sequitur immediate quātitatem. vt habet modum quātitatiuum. sed indifferenter sequitur eam siue habeat modū quātitatiuū siue non.

Ad tertium

Ad aliud de obiecto fidei dico ꝙ multa que cadunt sub fide possunt cognosci intuitiue. Vidit eniꝫ beata virgo ꝙ peperit hominem crucifigendum. et illud capitur ab articulo fidei ꝙ beata virgo concepit hominē crucifigendum. et similiter apostoli viderūt mortē christi et passionem. et tamen hoc cadit sub articulo fidei.

Ad primū scd̄e o. in scd̄o dicto

Ad ꝑmū Johannis dico ꝙ petit ꝑncipium q: assumit id quod habet probare. quia obiectum non potest agere nec pati. nisi habeat modū quātitatiuū. quia istud est principale quesitum maxime ponendo ꝙ quātitas sit res alia a substantia et qualitate cuꝫ non sit actiua sufficit ad actionem quātitas sine omni modo quātitatiuo. Si dicis ꝙ quātitas requiritur ad subiectum illarum formarum actiuarum. Contra. tenendo ꝙ quātitas sit res distincta sicut tenet. licet nō ponatur in corpore christi in sacramēto altaris quātitas modo quātitatiuo: tamē realiter est ibi quātitas que vere est ibi subiectuꝫ illarū qualitatum. igitur eadem ratione potest consimiles qualitates recipere ab agente sufficiēter ꝛ sufficienter approximato.

Ad scd̄m

Si dicis ꝙ corpus christi non est hic presens quātum ad rationem patiendi hoc oppter probare. Quod dicis de angelo. dico ꝙ sicut ageret et pateretur si esset hic presens. ita corpus christi in sacramento. Per idem dico ad aliud ꝙ non omnis potentia corporea requirit passum sibi approximatum localiter siue circumscriptiue.

Ad tertium

Ad aliud de motu locali dico. ꝙ illa ratio probat ꝙ corpus christi non potest moueri a virtute creata. q: mouet hostiam puta a sacerdote. sed non probat quī possit moueri ab anima christi non organice modo supradicto. Et dico ꝙ probat verum si bene intelligat. scilꝫ ꝙ aliquādo aliqua contingenter coniungunt̄ et vnum mobile proportionatur potentie motiue et aliud non proportionatur. tunc non mouetur motione eadem nec eadem virtute creata. sed in proposito tam hostia ꝙ corpus christi est mobile proportionatum anime christi. quia anima christi non tantū potest mouere corpus suum separando se ab hostia. sicut supra dictum est. sed etiam potest mouere hostiam eadem volitione et corpus suum. quia eadem volitione potest velle hostiam et corpus suum moueri de loco ad locum. licet tunc moueat suum corpus non organice et hostiaꝫ etiam non organice tamen concurrente deo. sicut causa partiali. sic potest dici ꝙ eadē motione actiua causata mouetur vtrūqꝫ et diuersa motione actiua quatum vna est creata et alia increata et diuersa motōe passiua que sunt diuersa mobilia.

Ad ꝓbatōes tertii dicti

Ad aliud concedo cuꝫ eo ꝙ potest talem actionem habere spiritualem et corporalē.

Primū dubium

Sed contra ista sunt multa dubia. Primum est vtrum quādo aliquod corpus agit vel patitur vbi est quantitatiue necessario agat vel patiatur idem corpus vbi non est quantitatiue. sicut est de corpore christi in celo et sacramento. Videtur ꝙ sic. quia nullum absolutum desinit esse in aliquo aduenienti sibi precise nouo respectu extrinseco. sꝫ per hoc ꝙ corpus christi est in eucharistia solum aduenit sibi nouus respectus extrinsecus. Igitur per hoc ꝙ est in eucharistia non desinit aliquod absolutum ab eo quod habet in celo. Item absolutum naturaliter prius inest cui inest ꝙ talis respectus. igitur non variatur ꝓpter talem respectū. non enim ꝓpter

respectum propter aliquid dici albuz simpliciter et nō album. Item sicut affirmatio alicuius nō est nata inesse alicui sm vbi vel locum. ita nec negatio absoluti est nata inesse alicui sz vbi. Igitur corpus christi habens colorem in celo habet colorez in eucharistia. quia non propter solum vbi potest habere negationem. Unde vbicunqz corpus est quātum vel albuz ibi est quātitas vel albedo. Item possibile est corpus christi contineri in hostia in esse sacramentali et non in esse reali. et si sic nō esset tunc sine accidētibus suis. Item omnis intentio q̄ est in christo in celo ē et i eucharistia.

Secūdū dubium

Item color qui est in christo in vno loco z in quocunqz loco. Secundū est quomodo corpus christi sub hostia potest videri oculo corporali. quia omne diuisibile habēs partes distinctas discerni potest vna pars ab alia. sed in hostia discerni nō potest inter caput et pedes. quia ibi est confusio partium. Item omne quod videtur. videtur sub piramide cuius conus est in oculo et basis in re visa. sed illud non potest competere rei non habēti modum quātitatiuū.

Tertiū dubiū

Tertium est vtrum christus potest videre seipsum in hostia sicut si esset in distinctis locis circumscriptiue videtur q non. quia inter videntem et rem visam debet esse distantia. sed corpus christi in vna parte non distat a se in alia parte. igitur zc. Quia ibi non est circūscriptiue.

Quartū dubium

Quartum est vtrum potentia actiua christi potest mouere aliqd corpus extra hostiam vel ipsam hostiam.

Quitū dubium

Quintum est vtruz intellectus viatorum potest naturaliter intuitiue videre substantiam corporis christi in eucharistia existētē.

Ad pmū dubiuz

Ad pmuz dico q si de facto vnum corpus sit in duobus locis circumscriptiue vel diffinitiue omne absolutum pertinens ad integritatem quod habet in primo loco habz in secūdo. nec aliquid absolutum perdit per hoc q nunc est in nouo loco. nec etiam aliquid pertinēs ad conseruationem illius corporis. sicut sm aliquos sanguis non est de integritate nature humane. sz est indiuiduum distinctum requisitū ad conseruatōnem hominis sicut aer circumstās nec prius dixi oppositum. sed cum hoc dico q stat de potētia dei absoluta q illud corpus potest habere talia accidentia in vno loco et carere in alio. et hoc dixi supra et declaraui. sic enim non fit contradictio. q accidentia corporis christi sint vbi est localiter et non vbi est sacramētaliter. nec erit cōtradictio q sit in vno et non in alio. licet in vtroqz sit circūscriptiue. Ad aliud dico q licet absolutum sit prius respectu. nō tamen est contradictio quin illud corpus absolutum sit presens illi loco. z accidens non. Ad aliud dico q contradictoria non possunt predicari de aliquo sm idem. sed sz diuersa. sicut si christus assumeret duas naturas posset dici albus sm vnam naturam et niger sm aliam. Similiter dico q ista duo nō contradicunt esse album simpliciter. et non esse album sm quid. sicut ista nō cōtradicunt. sum albus simpliciter. et non suz albus rome et vtraqz negatiua potest habere duas causas veritatis. vel quia non sum hic vel rome. vel si sum hic non sum hic alb9. Similiter. si sum rome non sum albus rome. z vtraqz potest cē et potest stare affirmatiua per potentiam dei et tota ratio est. quia per negatōnem accidentis in isto loco vel rome non sequitur absolute negatio illius accidentis. sed tantum negatio sm quid. nunc autem affirmatio absoluta et negatio absoluta simpliciter cōtradicūt et non negatio sm quid et affirmatio absoluta. patet per exempla prius posita de diuinitate et natura assumpta. z silr de corpore habente duo vbi in duobus locis. Exemplum. ista non contradicūt corpus christi mouetur in celo et nō hostia. quia potest ibi quiescere vel econuerso. Igitur eodem modo non videtur contradictio in proposito. Si dicis q est impossibile z contradictio q idem simul z semel moueatur z quiescat. Respondeo si per quiescere intelligas priuatōnem motus simpliciter. tunc est impossibile et contradictio q simul moueatur z quiescat. Unde bene sequitur. quiescit ergo aliquē locum quem prius habuit non mutat: et sequitur. mouetur. ergo aliquē locū acquirit nouū et mutat hituz. Si tamen intelligas per quietem non mutari locum. et q corpus existens in aliquo loco non mutans illum locum quiescit. et corpus exīns similiter in alio loco et illum mutans mouetur. sic potest idem corpus simul quiescere et moueri. quia corpus potest mutare locum suum. et per consequens mouetur localiter. et idem corpus in altari et in hostia potest manere in loco hostie et non mutare illum locum. et sic quiescit et non mutat locum quem prius habuit z in celo mouetur. quis mutat locuz quē prius habuit et acquirit nouū locum. Ad aliud de gaudio et dolore et intellectione. Dico q de facto omnia talia que sunt de facto in christo in celo sunt in eo. vt hic in hostia. tamen non est contradictio quin possit fieri oppositum.

K
Ad scdm dubiuz

Ad aliud dico q maior est difficultas de colore respectu visus q̄ de alijs

sensibilibus respectu aliorum sensuum. qr co-
lor ad hoc φ videatur requirit certam situatō
nez. quia taliter possunt disponi colores φ nō
videbunt ꝛ taliter φ vterqꝫ videbit. Exēplū
pmū si aliquod corpus albū subtile. puta pānꝰ
albus ponit sup ꝛa rubeū multū intensū. tunc
tm̄ distincte videbit rubeū et non albū. Ex-
emplum secūdi. si ponatur pannus idē albus
in eodem situ cum rubeo. et distet ab eo. tunc
vtrqꝫ videbit. calor aūt nō requirit talē situa-
tionem ad hoc φ sentiat p tactum. sed potest
agere in tactum fm omnē situm pportionatū
Ideo difficile est iudicare quomodo colores
videntur in corpore christi. et quomodo situ-
antur et quis videtur ꝛ quis nō hoc quia non
constat nobis per experientiā certam vnde si
eet ppter diuersam situatiōem colorū in cor-
re christi possint se inuicem impedire ne oēs
videant. tamen illa diuersa situatio nō impe-
dit simpliciter quin aliquid videret nisi deus
suspenderet actōem colorū nō concedo eis
quando igitur dicit. si corpus christi videret.
tunc possunt partes eius distingui per visum
ab inuicem. dico φ forte partes eiusdez ratio
nis nō possent ab inuicem distingui. sicut ap-
paret in albedine intensa ꝛ remissa. quia par-
tes non possunt ab inuicem distingui. et simi
liter si duo lumina eiusdem rationis poneren
tur simul in eadez parte medij visus nunqꝫ po
test illa ab inuicez distinguere. sicut patet ad
sensum. sed partes alterius rationis bene pos
sunt forte ab inuicem distingui. Ad aliud di
co φ autor perspectiue hoc dicit quia nō vidit
occulta fidei ꝛ nō vidit colorem nisi extensum
et ideo ponit videri fm naturalē cursum per
figuram vnius piramidis cuius conus eēt in
oculo et basis in re visa. tamen sine contradi
ctione potest deus facere colorem nō extensū
et tunc nō esset ppositio assumpta vera. quia
ille color nō videretur per talem figurā. Ad
aliū dico φ oculus christi in vna parte hostie
potest se videre in alia parte. ita bene ac si eēt
in diuersis locis localiter tūc existens in vno
potest se videre in alio. Si dicis φ ad hoc φ
aliquis videat se oportet φ distet a se localit.
idem autem nō potest a se distare sic. Respon
deo sicut idem distat a se quando est in diuer-
sis locis diffinitiue distantia sufficienter reqꝫ-
sita ad visionē. ita idem distat a se quando est
in diuersis locis diffinitiue distantia sufficien
ter requisita ad visionem corporalē. sicut ē in
pposito. Ad quartū patet ex dictis. Ad ali
ud dico φ nō repugnat intellectui viatoris ex
natura rei videre corpus christi in hostia si p-
mitteretur. puta si deus ageret secum. tamē

Z Ad tertiū dubiū

Ad quartū

Ad quintū

de facto nō facit. quia non permittit.

Questio sexta.

Utrum substātia

panis transsubstātiet in corpus
christi. Probatur φ nō. quia aut
panis manet aut nō. si sic tunc nō transsubstā
tiatur. si nō tunc annihilat. ꝛ per consequens
non transsubstantiat. Ad oppositum est ma
gister in littera. distinctione quarta qui dicit
φ ex pane fit corpus xpi ex vino sanguis. Hic
tria sunt facienda. Primo videndū est quid
sit transsubstātiatio. Secūdo vtrum in ppo-
sito sit tenēda. Tertio quid sit terminus for-
malis transsubstātialis. Quātum ad primum
potest dici φ transsubstantiatio in proposito
est successio substantie ad substantiā desinen
tem esse simpliciter in se sub aliquibus accidē
tibus pprijs substantie precedētis. Possibili
tas illius apparet. quia nō repugnat potētie
diuine destruere substantiam in se ꝛ conserua-
re accidentia ꝛ φ aliqꝫ alia substantia eisdem
accidētibus eam nō informantibus immedi-
ate coexistat. Quātum ad secūduz dico φ in
altari est vera transsubstātiatio corporis xpi.
sed hoc potest multis modis poni. vno modo
ponendo φ remaneat ibi substantia panis. et
cum hoc φ corpus christi coexistat substantie
illi. ita φ pma substantia sit deserens accidēs
secūda non. sed tantū coexistēs. Alio modo φ
recedat substātia panis subito de illo loco ad
alium locuz et remaneāt accidentia et eis co-
existat corpus christi. Tertio φ redigatur in
materiam vel per se stantem vel aliā formam
recipientē. et hoc siue in eodem siue in alio ꝛ
tunc illi materie et accidētibus coexistat cor-
pus christi. Quarto φ substantia panis re-
digatur in nihil. Primus modus patet. quia
hoc potest fieri per simplicē coexistentiā ve-
ri corporis christi substantie panis. quia non
minus repugnat quātitas quātitati vel sub-
stantia quātitati. φ substantia substantie. sed
quātitas potest coexistere in eodem loco cum
quātitate alia. patz de miraculosis corporibus
existentibus in loco eodem. similr substantia
potest coexistere quātitati in eodem loco. pa-
tet de corpore christi. igitur aliud est possibile.

Sed vtrum corpus christi ibi possit coexi-
stere per vnionem et assumptōem dubium est
ꝛ potest dici φ si sit possibile vnam creaturaz
sustinere aliam vt dicunt aliqui ꝛ credo φ nō
includit contradictōnē. nec potest probari p
rationem naturalē φ corpus xpi possz assume
re substantiā panis per vnionem. et tunc na-
tura sustentans erit suppositum. et alia erit

A Questio VI

B Circa q tria sunt

C Primū

D

sustentata a supposito ⁊ aliqñ nõ. quia vtraq̃
potest inniti alicui supposito. Scđs modus
patet. q2 sicut nõ est impossibile deo subito fa
cere corpus xpi hic sub specieb⁹ hostie. ita po-
test facere φ substãtia subito sit alicubi rema-
nẽtibus spẽbus in eodẽ loco. ⁊ φ illi coexistat
corpus xpi. Terti⁹ modus patet p idem. Quar
tus modus patet q2 in ptãte dei est esse substã
tie sub specie panis ⁊ nõ esse eius p̃mus mod⁹
potest teneri. q2 non repugnat rõni nec alicui
auctoritati biblie ⁊ ẽ rõabilior ⁊ facilior ad te
nendum inter oĩs modos. q2 pautiora incon
uenẽtia sequunt̃ ex eo q̃ ex aliquo alio modo
Quod patet q2 inter omnia incõuenẽtia que
ponunt̃ sequi ex isto sacramẽto maius ẽ φ ac-
cidens sit sine subiecto. sed ponẽdo p̃mum mo
dum nõ oportet illud ponere. igit̃ ⁊c. Si dicis
φ maius est duas substãtias corpeas eẽ simul
Contra. nõ est maius incõueniẽs nec magis
mirabile duas substantias corpeas eẽ simul,
q̃ substantiã ⁊ quãtitatẽ. q2 nõ plus ꝯpatitur
illa spẽs hostie secum aliã hostiã q̃ substãtia
tum spẽbus eius aliã substantiã. q2 videm⁹ φ
illa spẽs expellit aliã hostiã nõ consecratã. sic
si esset ibi substãtia panis ⁊ hoc nõ ꝯuenit sibi
rõne corporis xpi. q2 corpori xpi nõ repugnat
alia quãtitas sicut nec ista. Ita videt̃ φ nullũ
incõueniẽs sequit̃ ex p̃mo modo ponẽdi quod
nõ sequat̃ ex scđo modo. q2 tñ determĩatio eccle
sie in cõtrariũ existit. sicut patet extra de sum-
ma trinitate et fide ca. ⁊ de cele. mis. et cõiter
oĩs doctores tenẽt φ ibi nõ remanet substan
tia panis. iđo etiã teneo φ nõ remanet ibi sub
stãtia panis sed illa spẽs ⁊ φ illi coexistat cor-
pus xpi. ⁊ φ hoc sit passibile patꝫ. quia in ista
trãssubstãtiatõe nõ icludit̃ nisi φ spẽs ibi rea
liter maneãt. ⁊ φ substãtia nõ maneat in se re
aliter. ⁊ φ ibi sit realr̃ corpus xpi nõ q̃titatiue
sed quodlibet istoꝝ est possibile. igit̃ ⁊c. Circa

C Tertiũ

ad tertiũ đr hic cõiter φ aliq̃d est ibi primo et
p̃ncipalr̃ ex vi sacramẽti aliquid tm̃ ex quadã
cõcomitantia naturali. p̃mum vocamus ter-
minum formalẽ illius cõuersionis scđm non.
ponitur exemplũ quomodo aliquid est termi-
nus ꝑductõnis p se. sicut domus respectu edi
ficationis. sed albedo in domo est terminus p
accidens. ita in ꝑposito corpus xpi est termi-
nus formalis illius ꝯuersionis p se. sed anima
intellectiua est terminus per accidẽs p quã-
dam concomitantiã. sed hec distinctio potest
intelligi bene ⁊ male. Si cũ intelligat̃ φ ani
ma intellectiua est ibi ex quadã cõcomitãtia
naturali. ita φ sit p̃cise terminus illius trans-
substantiatõnis per accidẽs. ⁊ nõ ꝑpria trans
substantiatõe. illud est falsum p̃mo. quia vbi ẽ
terminus distinctus ibi est distincta trãssub-
stantiatio. sed anima et corpus xpi sunt distin-
cti termini. igit̃ ⁊c. Secũdo. q2 vbi vnus termi
nus potest separari ab alio: ibi sunt distincti
termini. sic est de aĩa et corpore. sicut patet in
triduo mortis si sacerdos cõfecisset. ꝯuertissꝫ
panem in corpus xpi. tũc fuissent ibi distincti
termini ⁊ distincte transsubstãtiatões. igit̃ et
nũc. Si dicis φ ex vi cõuersionis solũ est con-
uersio in corpus xpi nõ in aiam nisi inq̃tũ vni
tur corpori. et si nõ sit vnita tunc est cõuersio
in corpus nõ in animã. Contra. substantie pa
nis ita succedit anima sicut corpus et post tri
duum et ante. igit̃ ita ex vi cõuersionis trans-
substantiat̃ panis in animã sicut in corpus.
Item nõ est aliqua variatio in corpore succe-
dente nec in eo cui succedit plusq̃ si ꝯuertere
tur in animã. igit̃ non prius est cõuersio in cor
pus q̃ in animã. Item exemplũ nõ est ad pro-
positum de domo respectu edificatõis ⁊ albe
dine in domo. quia cum accidẽs sit res distin-
cta a substãtia et vera res habet veram causã
efficientẽ. tunc sic sicut nihil potest fieri nisi p
se. ita nihil est terminus ꝑductionis nisi p se.
et sicut accidens est res distincta ab homine.
ita distincta ꝑductione ꝑducunt̃. quia aliter
semp homo in ꝑducendo hominẽ produceret
albedinẽ. ⁊ etiam quia nihil requirit̃ ad ꝑdu-
ctionem albedinis quod tñ requirit̃ ad ꝑdu-
ctonẽ hominis. ⁊ ideo dico φ sicut accidẽs
est res distincta a substãtia. ita distincta ꝑdu
ctione ꝑducitur. Aliter potest ista distinctio
intelligi bene. quia illud est p̃mus terminus
transsubstantiatiõis quod est primo intentuꝫ
a conuertẽte siue transsubstantiãte. φ scilicet
existente separato vel destructo quocũqꝫ alio
esset transsubstãtiatio. ⁊ illud dicit̃ terminus
per accidens quod est secũdario intentuꝫ ab
eodem agente. scilicet φ nõ potest transsub-
stantiare vnũ sine aliis. maxime quando sunt
vnita. vel quia nõ vult transsubstantiare sine
aliis. hoc modo corpus christi compositum ex
materia ⁊ forma precedẽte animã intellecti-
uam quecũqꝫ sit illa. et hoc ponẽdo plures for
mas in homine. sicut oportet ponere per arti-
culum est prim⁹ terminus huius transsubstã-
tiationis. quia deus est qui est agens p̃ncipa
le in ista conuersione qui intendit primo con
uertere panẽ in corpus christi. ita φ si anima
sit separata sicut fuit in triduo. tunc solum fi-
eret conuersio in corpus christi: anima intelle
ctiua est terminus per accidens. quia deus se
cundario intẽdit conuertere panem in aĩam.
qualiter vnitur corpori. sicut ꝑducens domũ
intendit p̃ncipaliter se defendere ab ymbri-

bus ⁊ alijs nociuis. ⁊ hoc dicit̄ terminus ꝓdu
ctionis: ſ figura. vel albedo aut aliquid tale
in domo ſunt termini ꝑ accidēs: q̄a ſecūdario
intēti: quatenus primū non poteſt ꝓduci ſine
alijs. et ſic poſſunt exponi oīa auctoritates
que loquūtur de ꝓductione ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidēs. ⁊
ſic p꞉ iſte articulus.

Primum dubium

Cōtra p̄dicta ſunt mul-
ta dubia. Primū eſt an trāſſubſtātiatō ſit aliq̄
mutatio ⁊ ad quid terminet̄.

Secundū

Secundum eſt
vtrū trāſſubſtātiatio poſſit eſſe in ſubſtātia p̄
exiſtēte.

Tertiū

Tertiū vtrū ſubſtātia remanēs in eē
ſubſtātiali reali pōt trāſſubſtātiari.

Quartū

Quartū
an oporteat ſubſtantiā in quā tranſſubſtātia-
tur mutare locū.

Quintū

Quītū an illud in quo fuit
tranſſubſtātiatio p̄ciſe pro tūc poſſit eſſe in lo
co diffinitiue.

Sextū

Sextū an poſſit eſſe tranſſub-
ſtātiatio. poſito q᷑ corpus maneret cū ſubſtā
tia panis.

Septimū

Septimū vtrū de facto ille panis
ānihiletur. videtur q᷑ nō. quia ſm magiſtrū et
Ambroſiū panis eſt vnicus in altari ante ſa-
cra verba vbi acceſſit conſecratio de pane fit
xp̄i caro. Itē illud quod mutatur in aliud nō
ānihilatur: ſed panis mutat̄ in corpus xp̄i. igit̄
⁊c̄.

Octauū

Octauū eſt. quia videt̄ q᷑ iſta ꝯuerſio nā
pōt fieri in aiam intellectiuā. quia ſm Augu-
ſtinū corpus cōuerti in ſpiritū nō pōt. Item
eadē ratione pōt cōuerti in accidēs xp̄i. quia
accidēs ſuccedit ſubſtātie ⁊ tūc eſſet trāſacci-
dētatio: qd̄ tamē oēs negāt.

Ad primū dubiū

Ad primū iſto
rū dicit̄ q᷑ hic eſt mutatio nō corporis xp̄i. q̄a
aliter eſt hic q̄ in mutationib⁹ naturalib⁹. q̄a
in illis ad qd̄ terminat̄ mutatio mutatur ex-
tendēdo nomē mutationis. ⁊ termin⁹ a quo ſi
militer. ſed hic ſolū mutat̄ termin⁹ a quo ⁊ nō
termin⁹ ad quē. ideo dicūt q᷑ ſubſtātia panis
que mutatur in corpus xp̄i mutatur et nō cor-
pus xp̄i. Cōtra. oīs mutatio neceſſario eſt
inter terminos incōpoſſibiles. licʒ termini ſe-
cūdarij nō ſint incōpoſſibiles. Exemplū. mu
tatio eſt inter iſtū locū et illū tanq̄ inter ter-
minos. ſed quia iſti termini nō ſunt incōpoſſi-
biles corpori. quia idē corpus pōt eſſe in diuer
ſis locis. ideo nō ſunt termini primi huius mu
tationis: ſed ſecūdarij. ſed primi termini hui⁹
mutationis ſunt eſſe in hoc loco ⁊ nō eſſe in h
loco. Quero igitur. aut iſta mutatio habet ter
mios incōpoſſibiles: quoꝝ vterq꞉ ē ēs aut vterq꞉
nō ens. aut vn⁹ eſt ens ⁊ alius nō ens. primū
nō eſt dari. quia tales termini nō ſunt niſi ſub
ſtātia panis ⁊ ſpecies panis ex vna pte et cor-
pus xp̄i ex alia pte. Sʒ iſti termini nō ſunt in-
cōpoſſibiles. quia corp⁹ xp̄i pōt manere ſimul
cū ſubſtātia panis. ſicut prius dictū eſt ⁊ de fa
cto ſimul manet cū illis ſpeciebus. Nec ſcḋm
pōt dari. quia inter nō ens ⁊ nā ens nā eſt mu
tatio. v. phiſicoꝝ. igitur oportet dare tertiū. ſ
ſic eſt dare duos termios poſitiuos ⁊ duos ne
gatiuos reſpectu quorū pōt eſſe hec mutatio
ſcʒ eſſe panis ⁊ nō eſſe panis: eſſe corp⁹ xp̄i hic
⁊ nō eſſe corp⁹ xp̄i h. ſ ꝑꝑ iſtos termios ſcʒ eē
panis ⁊ nō eē panis nō eſt aliq̄ mutatio in cor
pore xp̄i plus q̄ in alio corpore. ⁊ ideo ꝓpter il
las nō plus habʒ corpus xp̄i eſſe hic q̄ qd̄cūq꞉
aliud corp⁹. pōt eīm panis nō eſſe poſt ſuū eſſe
abſq꞉ hoc q᷑ corpus xp̄i ibi ſit. ḡ primi termini
incōpoſſibiles illius mutatiōis: ꝑ quā corpus
xp̄i eſt hic: ſunt corpus xp̄i eſſe hic: et corp⁹ xp̄i
nō eē hic. igit̄ cū corpus xp̄i trāſeat de nō eſſe
hic ad eſſe hic. ratione cui⁹ hec eſt vera muta-
tatio ſequit̄ q᷑ corpus xp̄i vere mutatur. iō di-
co q᷑ corpus xp̄i mutatur localit̄. q2 ſicut ime-
diate eſt hic ꝑ ſubſtantiā vbi prius non fuit ꝑ
ſubſtantiā: ita imediate mutatur. q᷑ autē ime-
diate ſit in loco prius ꝓbatū eſt. Ideo dico. q᷑
duplex eſt mutatio. vna acq̄ſitiua. alia deꝑdi-
tiua. acquiſitiua eſt in corpore xp̄i. q̄a accipit
eſſe vbi prius nō habuit eſſe. ſ deperditiua eſt
ipius ſubſtātie panis que nō manet ⁊ pu⁹ mā
ſit. ⁊ hoc extendēdo mutationē ad oēm acqui
ſitionē ⁊ deꝑditionē.

G
Ad ſcḋm dubium

Ad ſecundū dico q᷑ pt
eſſe trāſſubſtātiatio in ſbam p̄exiſtentē. ꝓbat̄
quia nō magis repugnat huic cōuerſioni q᷑ fit
est simplicior ꝛ tantã vnius actua. ſ illa cõten
ta sub cõtinente nõ possunt cognosci simplici
ori modo ꝑ pauciores actus ꝗ̃ possunt cogno-
sci in se ceteris paribus. potest tamen tã deus
ꝗ̃ creatura cognosci per vnũ actũ si simul ꝛ eq̃
primo cognoscat vterꝫ. ita possunt due cau-
se cognosci per vnũ actũ. sed si vnum prius co
gnoscat ꝛ posterius aliud: tũc nõ potest esse tã
tũ vnus actus.

Ad terciã

Ad aliud dico ꝙ vtraqꝫ pars
põt cõcedi prima: qꝛ si habeat vnũ actũ termi
natũ solũ ad essentiã diuinã ꝛ aliũ terminatũ
ad essentiã ꝛ creaturã vterqꝫ esset beatificꝰ: qꝛ
haberet deũ clare visum ꝓ obiecto. Siĺr scḋa
pars: qꝛ si haberet actũ vnũ terminatũ ad deũ
precise ꝛ aliũ ad creaturã terminatũ ꝑcise: pri-
mus eẽt beatificus: qꝛ haberet deũ ꝓ obiecto
scḋs nõ ꝓpter cãm positã.

Ad quartã

Ad aliud dico ꝙ
implicat falsum: scꝫ ꝙ aliq̃ relucẽt in essentia
diuina tanꝗ in speculo. qḋ falsum est: qꝛ crea-
tura in deo nõ hꝫ nisi duplex esse ſm istũ cõem
modũ loquẽdi vnũ: sicut in cã virtualiter ꝗ̃ est
in cã potẽte talia causare. ꝛ aliud in cognitõe
diuina: ꝛ in volitõe q̃ oĩno sunt idẽ: nec habet
aliud esse relucẽs: nec representatiuũ in essen-
tia sicut i speculo: sicut aliq̃ ymaginant false.
Et qñ dicit vidẽs deũ videt infinitã ꝑfectõez
cõcedo. Et cũ dicit talis videt oĩa relucentia
dico ꝙ nihil tale est ibi.

Ad quintã

Ad aliud dico ꝙ etiã
implicat deũ repñtare creaturã aliter ꝗ̃ cã q̃-
cunqꝫ representat suum effectũ. qḋ falsum est.

Ad sextam

Ad aliud concedo cõclusionẽ ꝙ videns crea
turã in verbo nõ est beatus in illo actu si ter-
minet ad creaturã nisi forte beatitudine acci
tali q̃ nihil est ad ꝓpositũ. Questio. xiiij.

Queritur vltimo

A

Questio XIIII ꝛ vltima

q

Utrũ voluntas beata necessaria
fruat deo. Probat ꝙ nõ: qꝛ eadez
potentia habet eundẽ modũ fa-
ciendi circa oĩa sua obiecta: ſ voluntas est ea
dẽ potẽtia in via ꝛ in patria: ꝛ in via nõ neces
sario fruitur deo: ergo nec i patria. Preterea
potẽtia rõnalis valet ad opposita: volũtas ẽ
hmõi: igr̃ põt in fruitiõe ꝛ in eius oppositũ. er-
go nõ necessario fruit. Ad oppositum. Si nõ:
tũc voluntas beata posset peccare: qꝛ põt frui
deo ꝛ nõ frui deo qñ tenet. igr̃ ꝛc.

Circa q̃stionem quattuor articuli

Circa q̃sti-
onẽ sic ꝓcedendũ est. Primo videndũ est q̃d
sit fruitio ꝛ cuius est. Scḋo vtrũ posset ꝓbari
ꝑ naturalẽ rõnem ꝙ est possibile nostre natu-
re. Tertio vtrũ necessario eliciat a voluntate
vel cõtigẽter: sic ꝙ sit in ptãte volũtatis. Quar
to mouebunt dubia.

B

Primus articulꝰ

Circa primũ est difficul
tas ꝓpter cõuenientiã q̃ apparet inter dilectõ
nẽ ꝛ delectatõem: vtrũ sint eadẽ vel distincta
realiter.

Opinio ꝑma

Et dicũt hic aliqui ꝙ fruitio nõ est
nisi quedã delectatio: ita ꝙ ponunt ꝙ sunt ea-
dem realiter ꝛ nõ distinguũtur.

Probatio prima

Hec probatur
primo sic. Quia habito fine apprehẽso per a-
ctũ intellectus volũtas nõ habet aliquẽ actũ
nisi tm̃ delectatõem. ḡ ꝛc.

Secunda

Preterea. siĺr de-
bet esse de appetitu sensitiuo ꝛ de itellectiuo:
sed appetitus sensitiuus post actum desiderij

psente delectabili: nõ habet aliquē actū: ſ tm̄
Tertia
delectationē. g̃ ⁊c. Preterea, appetitus ſe hʒ
ad obiectū delectabile ſicut graue ad centrū.
ſed graue in cētro nullum actū habet ſed ſolū
quietē. igitur eodē modo appetitus pſente de
Quarta
lectabili ſolū habet delectationē. Preterea.
ſi diſtinguūtur: tūc poteſt eſſe fruitio ſine dele
Quinta
ctatione: quod videtur abſurdū. Preterea. ſi
diſtinguātur realiter: tūc quero in quo eſt dele
ctatio ſubiectiue: an in actu fruitōis: an in vo
lūtate? Nō in actu fruitiōis: qꝛ tūc poſſet frui
tio ſtare cū triſtitia: quia ſubiectū eſt in potē
tia neutra ad vtrūqꝫ. Nec in voluntate: qꝛ q̄c
quid eſt cōpoſſibile vni cōtrarioꝝ in eodē ſub
iecto eſt cōpoſſibile reliquo. ⁊ per ꝯſequēs de
lectatio eſſet cōpoſſibilis actui odiēdi in volū
tate: ⁊ fruitio eſſet ꝯpoſſibilis triſtitie. vtrūqꝫ
Cōtra opiniōnē
videtur falſum. g̃ ⁊c. Cōtra iſtā opiniōnē ar
guitur pmo ſic. Amor amicitie eſt pfectior q̄
amor cōcupiſcētie: ſed amor cōcupiſcētie ma
nebit in patria reſpectu beatoꝝ. g̃ amor ami
citie manebit reſpectu dei. Preterea. odiū et
triſtitia non ſunt idē. g̃ nec amor et delectatio
ſunt idē. Aſſumptū ptʒ. qa quādo aliquid eſt
a me nolitū: puta nolo iſtū peccare: ſi non pec
cet delectabor in nolēdo: et ſi eueniat oppoſi
tū illius quod eſt a me nolitū: tūc triſtabor in
nolēdo. g̃ cū actu nolēdi ſtat delectatio et tri
ſtitia. ⁊ per cōſequēs nō ſunt eadē. qa poſſunt
ſeparari. Similiter cū actu amandi ſtat dele
ctatio: puta quādo aliquid eſt volitū a me: ⁊ il
lud euenit ſicut eſt volitū. et quādo oppoſitū
euenit: tūc eſt triſtitia in volūtate ſine omni no
ua volitione. g̃ iſta eodē modo diſtinguūtur: qꝛ
poſſunt ſeparari. Preterea. delectatio ſtat cū
amore cōcupiſcētie ⁊ cū amore amicitie q̄ nō
ſtant ſimul reſpectu eiuſdē obiecti. g̃ nō eſt ea
dem cū altero illoꝝ. Preterea. non plus repu
gnāt dilectio ⁊ delectatio quādo obiectū eſt
preſens: q̄ deſideriū ⁊ dilectio quādo obiectū
eſt abſens: ſed dilectio eſt cum actu deſiderij
Sententia auct.
in abſentia obiecti. g̃ ⁊c. Ideo dico q̄ dile
ctio ⁊ delectatio diſtinguūtur realiter: ſed non
dico hoc ꝓpter rationē quā aliqui poſuīt: ſcʒ
q̄ actus volēdi ſe habet ad delectationē: ſicut
actus nolēdi ad triſtitiā: ſed actus nolēdi pōt
eſſe ſine triſtitia: vt patet in beatis qui nolūt
homines peccare: ⁊ tamē nō triſtātur. Quia q̄
poneret predictā idētitatē diceret q̄ delecta
tio nō eſſet eadē cū quolibet actu diligēdi: ſed
ſolū qū aliqd diligitur ita q̄ euenit ſicut talis
vult ⁊ diligit. qꝛ tūc vlꝛ ſequiť delectatio. ⁊
eſt eadē cū dilectione. qū aūt oppoſitū euenit
tūc nō eſt idē cū dilectione. qꝛ tūc ſequiť triſti
tia. Similiter diceret q̄ triſtitia eſt eadem cū

actu illo nolendi qū oppoſitum noliti accidit
qꝛ vlꝛ eſt triſtitia. qū aūt nō accidit oppoſitū
tūc eſt delectatio. Et ita diceret: ſi angeli ⁊ be
ati nollent aliquid eſſe: ⁊ eius oppoſitū eueni
ret triſtarenť. Et per ꝯſequēs ſi nollent hoīes
peccare ⁊ hoīes peccarent triſtarenť. Vel po
teſt dici q̄ angeli boni nollent hoīes peccare
⁊ tū accidit frequēter oppoſitū ſine triſtitia: et
hoc miraculoſe: qꝛ deus ſuſpendit actiuitatē
illius actus nolendi reſpectu triſtitie in ange
lo bono. Silr angelus malus vult hoīes pec
care: ⁊ frequēter accidit q̄ hoīes peccāt: ⁊ ta
mē ſine delectatōe eius: qꝛ deus per miraculū
ſuſpendit actiuitatē actus volēdi reſpectu de
lectatōis. Et ideo pono diſtinctōem inter illa
qꝛ poſſunt ſeparari. Patet in āgelo malo q̄ di
ligit ſe intēſiue: ⁊ tamē nullā delectatōem ha
bet. De h̄ q̄re alibi. Aliter pōt dici q̄ delecta
tio excellens excludit oēm triſtitiā: ⁊ triſtitia
excellens excludit qnācūqꝫ delectatōem. Et
qꝛ angelus habet delectatōem excellentē: iō
nō obſtāte q̄ oppoſitum noliti accidat: nō ta
mē triſtať. Silr angelus malus habʒ triſtitiā
excellentē: ⁊ iō nō obſtante q̄ volitū eueniat
nō delectať. Et hec videť potiſſima ratio eſſe
ad ꝓbandā diſtinctōem inter delectatōem ⁊
triſtitiā: ⁊ actū nolendi ⁊ volēdi: qꝛ poſſunt ſe
parari. vt ptʒ in angelo bono ⁊ malo. Tū pma
rūſio eſt melior. Quantū ad ſcḋm. videť ali
Secundi articuli primū argumentū
quibus q̄ pōt demōſtrari. Primo qꝛ omi agen
ti ꝓpter finē neceſſaria ē cognitio finis. Se
Scḋm
cūdo qꝛ cognita potētia pōt cognoſci eius or
Tertiū
dinabilitas ad finē. Tertio qꝛ potētia habēs
aliqḋ cōe ꝓ obiecto nō quietať niſi in pfectiſ
Quartū
ſimo cōtēto ſub illo obiecto. Quarto qꝛ potē
tia q̄ reſpicit multa obiecta nō q̄etať i aliquo
Quintū
niſi virtualiť includat oīa alia obiecta. Qui
to qꝛ hō pōt naturaliť ꝯgnoſcere q̄ ens ē eius
obiectū naturale ⁊ c. Iſtas rōnes q̄re in Iohe
q̄one pma ordinis. Sʒ qꝛ nō concludūt rńdeo
Ad primū prout habetur in textu.
ad eas. Ad pmā dico quo ad maiorē q̄ qū fi
nis nō ſequiť naturaliť ex eis q̄ ſunt ad finē: ſ
ſolū libere ꝯferť ex mera volūtate acceptātis
talia tāq̄ ordinata ad finē: tūc nō eſt nccria co
gnitio finis in pticulari: in vlī tū pōt cognoſci
ſic ē in ꝓpoſito. Qū aūt ſeq̄tur ex naturali ne
ceſſitate: tūc ē nccria cognitio ciꝰ vl in agente
vel in dirigēte agēs. Ad minorē dico q̄ lʒ bti
tudo ſit finis nr̄: h̄ tū nō pōt a nobis naturaliť
cognoſci q̄ fruitio eſt finis mediāte viſiōe eē
tie diue clara ⁊ nuda: ſ nō pōt naturaliť cogſci
Ad ſcḋm
a nobis q̄ illa viſio ſit poſſibilis. Ad ſcḋm di
co ſicut ptʒ alibi q̄ nūq̄ notitia icōplexa vni
us rei ducit nos ad noticiā pmā incōplexā al
terꝰ. Et iō q̄tūcūqꝫ cognoſcereť q̄cūqꝫ poten

Ad tertium et Ad quartum

tia ordinabilis ad beatitudinē: ꝗtum ad omē positiuā in ea: nō tñ ꝓpter hoc cognoscit beatitudo in particulari. Ad tertiū et quartum dico ꝙ nō probat naturalr̄ ⁊ sufficient ꝙ q̄era tur in pfectissimo obiecto cōtento sub isto obiecto. Tū qꝛ nō potest ꝓbari ꝙ tale obiectū cognoscat a nobis in particulari ꝓ statu isto: et tñ requirit ad quietatonē potētie: tū q̄a hoc dato ꝙ sit a nobis naturalr̄ cogscibilis in particulari nō pōt sufficiēter ꝓbari ꝙ potētia in illo quietat. qꝛ tūc quietat qñ hꝫ delectatōem excludentē oēm tristitiā vndecūqꝫ ꝓuenientē sed hoc nō pōt ꝓbari de delectatōe q̄ consequit fruitōem: Probat assumptū. qꝛ ꝗtūcūqꝫ talis delectat in deo: tñ pōt velle ⁊ nolle multa alia puta potest velle amicū bñfacere: et nolle eū peccare quoꝝ opposita pñt accidere: ⁊ p ꝯñs potest de his tristari. qꝛ ſm Augustinū Tristitia est de his q̄ nobis nolētibus contingunt. Si dicis ꝙ deꝰ pōt suspēdere actiuitatē actuum respectu delectatōis ⁊ tristitie sicut tu dixisti prius. Uerū est: sed hoc nō pōt naturalr̄ ꝓbari. Et hoc soluꝫ factibile est miraculose. Si dicis ꝙ ſm pħm quarto ethicoꝝ: ⁊ ſm te delectatio excellēs excludit oēm tristitiā. Rñdeo ꝙ de facto frequēter ita est: q̄n tamē possit eē tristitia nō video: qꝛ lꝫ possit excludere tristitiam ꝓuenientē ex duobus vel ex tribus actibꝰ ⁊ causis tristitie: tñ tot cāe pñt ꝯcurrere ⁊ totiens ꝙ non pōt oēm tristitiā excludere: puta si vellet ⁊ nollet multa quoꝝ opposita accidūt.

Preterea nō pōt ꝓbari sufficiēter ꝙ potētia nō potest quietari nisi in pfecto. Quia aut intelligis ꝙ quietat sic ꝙ excludat oēm tristitiā actualē et de facto: vel de possibili. Si primo modo: sic eñ pōt appetitꝰ sensitiuus quietari in aliquo finito. ptꝫ eñ ꝙ appetitus sensitiuꝰ potest sic q̄etari in aliquo actu venereo ꝙ nullus dolor tūc inest: et pōt volūtas sequi appetitum sensitiuū dimittēdo rōem. ⁊ p ꝯsequens potest volūtas sic quietari. volēdo illū actum ꝙ tūc nulla sit tristitia in volūtate. Preterea intellectus errās pōt sic iudicare ꝙ talis actꝰ sit summe delectabilis: igit volūtas pōt sequi intellectū. g̃ ⁊c̄. Si intelligis secūdo modo. sic ꝙ in nullo delectat nisi in pfectissimo. nō satis liq̄t ꝙ nō in alio. qꝛ nō pōt ꝓbari q̄n talis actꝰ possit corrumpi ⁊ tristitia ex actu alio causari: et etiā stante pmo actu pōt velle et nolle multa quoꝝ opposita pñt accidere.

E
Ad quintum

Ad q̄ntū dico ꝙ ens naturalr̄ cognosci esse obiectū naturale et adequatū pōt duplr̄ intelligi. Uno mō qꝛ pdicat in q̄d de omni obiecto naturali apphensibili ab intellectu ꝓ statu isto. Et sic est h̄ vera: ꝙ homo potest naturalr̄ cognoscere ens esse eius obiectū naturale ⁊ adequatū. q̄a pōt naturaliter abstrahere cōceptuꝫ entis qui est predicabilis in quid de omī naturaliter apprehensibili ab intellectu. Alio modo pōt intelligi ꝙ naturaliter cognoscitur esse obiectū adequatū intellectus: sic ꝙ naturaliter cognoscitur ꝙ cōceptus entis predicat in quid de omī naturaliter apprehēsibili ab itellectu: et ꝙ oē cōtentum sub eo siue de quo predicat in quid sit naturaliter apprehēsibile ab intellectu pro statu isto. ⁊ sic ꝓpositio pdicta falsa est. ꝙ ens naturaliter cognoscitur eē obiectū adequatū intellectus. quia multa sunt cōtenta sub ente de quibus predicat: que tamē in particulari ⁊ in se nō possunt naturaliter apprehēdi ab intellectu pro statu isto. puta omēs substātie tā materiales ꝙ immateriales: ⁊ multa accidētia. Et sub isto intellectu ꝓpositio dicta debet habere veritatē si argumentū valeat. Ideo dico ꝙ nō pōt sufficiēter ꝓbari ꝑ naturalē rationē ꝙ beatitudo quā expectamus in patria sit nature nostre possibilis: sed solū fide tenendū est.

Conclusio aucto ria

D
Tertius articulus.

Quantū ad tertiū: quere de libertate ⁊ ꝯtingētia ⁊ necessitate in pmo distinctione prima Et quomō volūtas fruatur deo in via ⁊ in patria. Sed vltra dicta ibi dico ꝙ volūtas pro statu isto pōt nolle vltimū finē siue ostendat i generali siue in pticulari. Quod probatur sic. Illud pōt esse nolitū quod intellectus pōt dictare esse nolendū. (Hoc ptꝫ de se) sed intellectus pōt credere nullā esse finē vltimuꝫ siue beatitudinē. ⁊ per ꝯñs dictare finē vltimū siue beatitudinē esse nolenduꝫ. Scdō sic. Quicūqꝫ pōt nolle antecedēs pōt nolle ⁊ ꝯsequēs sed aliquis pōt velle non esse. igitur pōt beatitudinē nolle quā credit consequi ad suū esse.

Dictum primum.

Scdō dico ꝙ intellectu iudicāte hoc esse finē vltimū: pōt volūtas illū finē nolle: quod ꝓbatur. Quia potētia libera que est receptiua actuū cōtrarioꝝ: qua ratione pōt in vnū et in reliquū. sed voluntas tanꝗ potētia libera est receptiua nolle ⁊ velle respectu cuiuscūqꝫ obiecti. Si igitur pōt in velle respectu dei: eadē ratione pōt in nolle dei. Item potētia obliquabilis que nō necessario ꝯformatur rationi recte: qua ratione pōt in obiectū vnius dictati: eadē ratiōe pōt in obiectū alterius dictati. sed voluntas creata est obliquabilis: ⁊ pōt in obiectum vnius dictati hic scꝫ in via (patet ꝑ experientiaꝫ) igitur nō obstāte ꝙ intellectꝰ dictet hoc esse finē vltimū: pōt volūtas nolle illū finē. Preterea. q̄cq̄d voluntas pōt nolle alicui indiuiduo alicuiꝰ spēi: hoc pōt nolle sibi: sꝫ volūtas pōt nolle btitudinē alteri indiuiduo. puta iohāni. igr̄ pt nolle btitudinē sibi. Tertio dico ꝙ ostēso bono in vlī: puta i aliquo cō

Dictum secundum

Dictum tertium

nõ est necessariũ volũtatẽ velle illud bonum:
sed potest illḋ nolle: q2 nõ nc̃rio illḋ appetit
in quo nõ credit se posse quietari. igĩ ꝛc. Pre
terea idẽ est mot⁹ potẽtie tendẽdi in supius ꝛ
inferius: ſ volũtas nõ nc̃rio vult bonũ i par
ticulari. sed põt illud nolle. ḡ nõ nc̃rio tendit
in bonũ vl'e sed põt illud nolle.

Dictum quartum

Quarto di
co ꝙ visio p̃rie põt esse sine fruitione. Hoc pꝫ
p illã regulã. q2 p̃us põt separari a posteriori.

Dictũ quintum

Quinto dico ꝙ volũtas elicita p charitatẽ vl'
habitũ quẽcũq3 qui nõ aufert vsum rõnis põt
btĩtudinẽ nolle sibi inesse. Pꝫ q2 oẽ illud qḋ
põt esse obiectũ nolitõis alicu⁹ p aliquo tpe:
p̃t eẽ obiectũ illi⁹ p oi tpe: ſ btĩtudo p̃t eẽ ob-
iectũ nolitõis in peccãte mortalr̃ tpe quo pec
cat. igĩ oi tẽpe p statu vie: et codẽ mõ p statu
p̃rie. Pr̃terea ois volũtas põt se ꝯformare p̃ce
pto diuino: ſ de⁹ p̃t p̃cipe ꝙ volũtas creata odi
at eũ. igĩ volũtas creata p̃t ħ facere. Pr̃terea
oẽ quod põt esse actus rectus in via: ꝛ in pa
tria: sed odire deũ põt esse actus rectus in via
puta si precipiaĩ a deo: ḡ et in patria.

Dictum sextum

Sexta
põt dici ꝙ vidẽs clare deũ hñs actũ btĩficum
a deo totalr̃ creatũ nõ potest deũ nolle: ppter
repugnantiã formalẽ inter illos actus diligẽ
di et odiendi. Si tñ actus btĩficus nõ causare
tur a deo totalr̃ et volũtas relinquereĩ totalĩ
nature sue ꝛ libertati: et fruitio btĩfica suspen
dereĩ p potentiã diuinã: tũc posset voluntas
deũ nolle: sed illa nõ eẽt btĩfica. Tum quia in
p̃tãte volũtatis est: et p ꝯñs si eẽt btĩficus pos
set btũs libere fieri miser ꝛ beatus sicut place
ret sibi: sed si deus suspẽdat actiuitatẽ volũta
tis respectu volitionis: tũc põt volũtas nolle
deũ. hoc pbaĩ alibi. Et põt adhuc cõfirmari.
Quia ois potẽtia naturalr̃ incliata ad aliquẽ
actũ violẽter respicit cõtrariũ actũ. si igĩ vo-
lũtas naturalr̃ inclinareĩ ad volendum deum
respiceret violẽter actũ nolẽdi qḋ falsum est.

Preterea si nõ posset: ħ nõ eẽt nisi q2 intelle
ctus btũs iudicat deũ esse volẽdũ ꝛ nullo mõ
nolendũ. igĩ volũtas nc̃rio vellet illud iudi
catum ꝛ nullo mõ posset illud nolle. Preterea
qua rõne opꝫ volũtatẽ cõfirmari intellectui i
illo actu: eadẽ rõne semp oporteret cõformari
et respectu cuiuslibet: et p ꝯñs nullus act⁹ eẽt
meritorius nec demeritorius. ꝙ nullus eẽt
in p̃tãte volũtatis: quod falsũ est. Preterea
nõ magis artaĩ volũtas ad volẽdũ quodcũq3
ꝙ̃ ad volendum impossibile: sed põt velle im-
possibile: igĩ eodẽ mõ quodcũq3 aliud.

Queriĩ

Si q̃
ras vtrũ btũs põt pfecte velle aliq̃d nolitum
a deo?

Respondeĩ

Respõdeo ꝙ non: ppter repugnãtiam
inter actus. Nam pfecte btũs vult deũ ꝛ dili-
git oẽ illud quod de⁹ vult et diligit. Si igi

vellet aliquid nolitũ a deo: aut nollet aliquid
volitum a deo: tũc simul illud vellet et nollet
quod falsum est.

Quarti articuli
Primũ dubium

Sed cõtra p̃dicta sunt aliq̃
dubia. Primũ est ꝙ nõ videĩ de rõne libertat'
sit indifferẽtia sicut d'r in p̃mo dist inctõe p̃ma
q2 ſm augustinũ posse peccare nõ est libertas
nec pars libertatis. Cũ igĩ homo peccat ẽ q2
indifferẽs est ad tales actus. igĩ ꝛc.

Secundũ dubiũ

Secũdũ
dubiũ est q2 tũc volũtas moueret se quod est
contra phm. vij. phisicoꝝ. vbi dicit ꝛ pbat. ꝙ
omne quod moueĩ ab alio moueĩ. Preterea
tunc nõ possꝫ pbari ꝙ est deuenire ad moueñ
immobile.

Tertiũ dubiũ
Primo

Tertiũ dubiũ est quõ volũtas po
test moueri contra iudiciũ rõnis. q2 ſm Arist.
ois malus est ignorãs. Et. vij. ethi. Ebrius me
retur duplicẽ increpatõem ꝛc.

Secũdo

Preterea. ix.
metaphisice. Potẽtia rõnalis valet ad oppo-
sita: sed volũtas nõ est potẽtia rõnalis. igitur
nõ potest in opposita. q2 licet deus possꝫ cau-
sare oẽ positiuũ in actu peccati: nõ tñ pecca
ret: q2 nõ obligaĩ ad eius oppositũ causandũ
sicut creatura. ideo non peccaret si causaret ħ
vel eius oppositũ.

E
Ad p̃mũ dubiũ

Ad p̃mũ istorum concedo
ꝙ nõ est libertas nec pars libertaĩ: quia si sic:
tũc cuicũq3 competeret libertas: ei cõpeteret
posse peccare. et p ꝯñs deus posset peccare:
et silr̃ btũs quod est falsum. Dico igĩ ꝙ liber
tas et posse peccare se hñt sicut supius ꝛ infe-
rius. ita ꝙ quicũq3 potest peccare hꝫ libertatẽ
et nõ ecõtra. Et causa est: q2 potẽs peccare hꝫ
libertatẽ et cõtingentiã respectu illoꝝ actuũ
in q̃bus cõsistit pctm̃: sed nec deus nec beat⁹
hꝫ libertatẽ respectu taliũ: sed respectu aliorũ
in q̃bus nõ est pctm̃.

F
Ad scḋm dubiũ

Ad scḋꝫ dico ꝙ Aristo.
p̃supponit aliqua p̃ncipia. Vnũ ꝙ impartibile
et indiuisibile nõ põt moueri. Aliud ꝙ omne quod
moueĩ põt ab aliquo alio nobiliori se moueri.
Et hoc põt pbari. q2 oẽ motũ ꝯ̃trum est de se
est in potẽtia ẽentiali sed oẽ qḋ est in poten
tia essentiali reduciĩ ad actũ p aliud. cuius rõ
est. q2 oẽ tale ꝯ̃trum est ex se: oĩ alio circum
scripto põt causare effectũ: sed passo existente
disposito ꝛ agẽte naturali nõ põt stare nõ esse
effect⁹. Hoc pꝫ p Aristo. viij. phisicoꝝ vbi diĩ
de potẽtia ꝙ sicut est duplex in itellectualib⁹
ita in naturalib⁹. vñ postea subdit. Silr̃ autẽ
se hꝫ circa graue et leue. leue cũ sit ex ḡui. et ex
aqua aer. hoc aũt est in potẽtia p̃mũ iam leue et
opabiĩ mox nisi aliud phibeat. Et postea sub-
dit. Tñ hic queriĩ quare moueanĩ in ipsorum
loca grauia ꝛ leuia? Rõ autẽ est: q2 apta nata
sunt ibi esse: ꝛ ħ est graui et leui esse ħ quidem
deorsum aliud aũt sursum dici. Et post. Si au-
feratur impediẽs agit ꝛ sursum fit ꝛc. Si diq3
ꝙ post sequiĩ ꝙ p̃ncipiũ habent nec mouendi

nec faciendi sed patiēdi. Dicendū q̄ post seq̄t Aut cū agente ⁊ faciēte leui aut ab impediē-tia ⁊ ꝓhibētia soluēte. ita est gnālr q: qn̄ aliq̄d est in potētia in naturalib⁹ req̄rit aliō mouēs vel ꝑ se vel ꝑ accn̄s. vt supra dictū est. Hoc pz ꝑ cōmentatorē ibidē. Propriū inq̄t est eēntia li potētie vt nō fiat in actu nisi ꝓpter motorē eēntialē. Et q̄ nō venit ad actū nisi qn̄ duo cō-gregant̄ scz recipiēs et agēs. E cōtrario potē-tie accn̄tali q̄ nō indiget ad h̄ vt exeat in actū motore extrīseco nisi ꝑ accn̄s ⁊ est recessus im-pedimēti. Item post. Nō indiget vt exeat in actū alio motore extrinseco cū sit potētia acci-dētalis.

G Ad primus tertij dubij

Ad aliud dubiū d̄r q̄ oīs mal⁹ dicit̄ ignorās: nō qn̄ sciēter possz homo facere ꝯtra iudiciū rōnis: s̄ q: malus multas ignorātias i-currit: q̄s nō incurreret si essz bon⁹. q: ꝑ exerci-tiū ⁊ ꝑ experientiā in bonis actibus possz acq̄-rere notitiā multoꝝ q̄ ignorat ꝓpter malitiā.

Ad scdm tertij dubij

Ad aliud dico q̄ volūtas ꝓpe est potētia rō-nalis q: valet ad opposita s̄m mētionem ꝑhi: M: ipa ꝓpter libertatem suā posset indr̄nter agere in vnū oppositoꝝ vel in reliquū. ita q̄ si essz potētia passiua ⁊ nullo mō actiua nō vide-tur quō possit saluari eius libertas. Si dicis s̄m ꝑhm ibidē ad h̄ q̄ potētia rōnalis de qua loquit̄ ꝑhs agat in vnū oppositoꝝ ⁊ nō i aliō: opz q̄ detmineť ꝑ aliud. s̄ volūtas nō detmi-nat seipam respectu taliū. Rn̄deo q̄ duplex ē actio cōueniēs hōi: exterior ⁊ interior. Tūc ad hoc q̄ volūtas agat actū exteriorē mediate vl̄ immediate magis vnū q̄ eius oppositū. puta ābulare q̄ nō ābulare. cōedere q̄ nō cōedere: opz q̄ detmineť ad vnū illoꝝ ꝑ aliud o se. puta ꝑ electōem siue volitōem efficacē: q̄ vult vnū esse ⁊ nō aliud. Et sic intelligit ꝑhs qn̄ dicit q̄ detmineť ad ꝓheresim ⁊ electōem. Operatio interior duplex est. vna q̄ imediate ē in ptāte volūtatis sicut volitio. alia q̄ non est in ptāte volūtatis nisi mediāte ꝑmo actu: ⁊ iō ꝑmo actu destructo ille act⁹ nō est in ptāte aie sic itelli-gere. Et iō vnū actū elicit ꝯtingēter ⁊ libere ⁊ aliū naturalr̄. Loquēdo d̄ ꝑmo actu: posito oī sufficiēti ⁊ ticcērio requisito ad talē actū. puta ad actū volūtatis: si obiectū cognoscat̄ et de⁹ velit ꝯcurrere cū volūtate od cāndū qn̄ placz volūtati: pōt volūtas ex sua libertate sine oī alia detminatōe actuali vel hituali actū illuz ⁊ ei⁹ obiectū elicere vel nō elicere. Et iō respe-ctu illius act⁹ nō opz in aliquo q̄ detmineť vo-lūtas nisi a seipa. Sed loquendo de scđo actu puta de intellectōe vni⁹ obiecti magis q̄ alteri-us. sic q̄ vtrūqz sit eq̄lr̄ ꝑn̄s intellectui. Tunc dico q̄ ad h̄ q̄ aīa intelligat vnū plus q̄ aliud opz ipz detminari ꝑ aliū actū q̄ imediate ē in eius ptāte. puta ꝑ volitionē qua vult intellige-re vnū ⁊ nō reliquū. Et hec est intētio ꝑhi in ꝑ-dicto loco. Ad rōnes alteri⁹ opinionis. Ad ꝑ-mā dico. ⁊ similr̄ ad secūdā q̄ nō est simile de appetitu sensitiuo ⁊ rōnali. q: appetitus sensi-tiuus nō habet aliquē actū positiuū nisi actuz desiderādi: ⁊ eius oppositā. puta actū fugiēdi ⁊ vindicādi. s̄ appetit⁹ rōnalis habet duplicē actū amoris respectu obiecti absent. vnū quo diligit tale obiectū in se ⁊ ꝓpter se q̄ est amor amicitie: aliū quo cōcupiscit et desiderat tale obiectum vt bonum sibi vel alteri.

D Ad ꝑmā ⁊ scđaz prime opi.

Nūc autē in appetitu sensitiuo p̄sente obiecto delecta-bili cessat act⁹ desiderij: q: ille tīō est nisi respe-ctu absentis vt absens est. et iō tūc appetitus sensitiu⁹ nullū actū habet circa tale obiectū: s̄ solū delectationē q̄ causat̄ ab obiecto mediā-te cognitiōe sensitiua sine oī act⁹ appetit⁹ me-dio. Volūtas aūt qn̄ obiectū p̄i⁹ desideratū ē p̄n̄s sibi vel alteri cui desiderauit: nō habz tūc actuz desiderij ꝓpter eandē rōem: s̄ habet tūc actū amicitie quo diligit tale obiectū in se: q̄a ille act⁹ pōt indifferēter respectu p̄sentis ⁊ ab-sentis. Et tūc mediāte actu illo causatur dele-ctatio in volūtate. ⁊ forte illa delectatio ouge-tur per apprehensionē p̄sentie talis obiecti: ⁊ post actū desiderij p̄t illa cognitio causare de-lectationē in volūtate imediate sicut in appe-titu sensitiuo. Et iō vel est duplex delectatio vna seq̄ns actū d̄siderij qn̄ obiectū est p̄sens ⁊ ista tūc causat̄ ab obiecto ⁊ cognitōe appre-hensiuo: sicut est in appetitu sensitiuo. Et alia causata ab actu amicitie: q̄d videtur sup̄fluuz Vel erit vna delectatio intēsior q̄ si solū hr̄et actū desiderādi vl̄ amādi. ⁊ h̄ videť verū. Vn̄ si volūtas nullū actū hr̄et respectu obiecti ab-sentis nisi actū desiderādi nec hr̄e posset: tūc eēt ꝯnter dicēdū: q̄ volūtas p̄n̄te tali obiecto solū hr̄et delectatōez: ⁊ nullū aliū actū. licz re-spectu obiecti absent̄ nō hēat de fcō nisi actū desiderij: posset tn̄ aliū hr̄e: ⁊ illū hz p̄n̄te obie-cto: tūc pz distictio itr̄ actū talē ⁊ dlectatōez.

Ad tertiā

Ad aliud de grati pz q̄ nō est sile: q: graue nul-lū actū hz naturalr̄ nisi motū ad cētruz qn̄ ē ex-ipm. iō qn̄ est i cētro solū hz q̄etē oppositā illi motui: sic tīō est i ꝓposito ꝓpt̄ eāz dictā. Et si q̄rat̄ ꝑ q̄d moueť graue effectie qn̄ ē ex locū suū: Rn̄deā q̄ moueť ꝑ grauitatē suā q̄ ē q̄litas di-sticta ab ei⁹ s̄ba: ⁊ iō si separet̄ ꝑ potētiā dei ad huc mouebit se ad cētrū.

Ad quartā

Ad aliū d̄ dico q̄ p̄n̄t separi miraclōse tn̄: sic pz i āgel̄ bōis ⁊ mal: sic supra dictū ē.

Ad quintā

Ad vltimū pz ex ꝑmo q̄ dlecta-tio ē i aīa s̄biectie. vbi hui⁹ facile rn̄sionē potes-tis iuēire. Ad argumēta aūt ꝑncipalia p atēt solutiōes ex dict̄. Et hec de q̄oib⁹ hui⁹ operis.

X vi

A Sequuntur quedam dubitationes quas huic operi invenimus annexas. Prima est

Sunt autem quedam dubitationes adhuc discutiende. quarum prima est. Utrum charitas habeat aliquam causalitatem respectu actus meritorii. Videtur quod non. quia aliquis potest diligere deum naturali dilectione super omnia et ita intense sicut possibile est pro statu isto: sine omni charitate: et tunc si in tali dilectione infundatur charitas: actus ille tunc dicitur meritorius: et tamen iste actus nullo modo causatur a charitate: nec quantum ad substantiam actus nec quantum ad intensionem actus. quia propter infusionem charitatis non experitur se habere intensiorem actum quam prius: sicut patet consideranti.

B Secunda dubitatio

Secunda dubitatio est supposito quod deus potest de potentia sua absoluta accipere aliquem tanquam dignum vita eterna propter solum actum naturalem sine omni infusione charitatis vel cuiuscunque alterius positivi qui tamen non esset acceptus de potentia sua ordinata: quo dato talem actum ex puris naturalibus elicitum non est acceptus primo et postea est acceptus de potentia dei absoluta sine aliquo positivo causato vel destructo. Videtur quod hoc non sit possibile: quia ibi est transitus de contradictorio in contradictorium: et per consequens oportet ponere aliquam mutationem in tali accepto: quia ille transitus non potest salvari per solam transitionem temporis actualem vel potentialem quantumcunque tempus habeat esse actualiter vel potentialiter nisi aliquid aliud concurrat nunquam diceretur actus iste successive meritorius. quia potest tempus transire et ipse actus semper esse non meritorius sicut patet. igitur illa positio non est possibilis que ponit deum sic posse acceptare.

Tertia

Preterea sicut alibi latius habetur dubitatur in quo consistat perfecta delectatio et quietatio potentie beate.

Quarta

Item sicut etiam alibi disquisitum est. dubitatur an dilectio et delectatio distinguantur. Et an preter actum concupiscentie oporteat ponere actum amicitie distinctum etc.

Quinta

Sexta

Similiter cui actui debeatur premium. Item que et cuius sit securitas etc.

E Ad primam dubitationem

Ad primum respondeo primo quod ad ponendam charitatem respectu cuiuscunque actus quem in nobis experimur pro statu isto non cogit ratio aliqua nec experientia aliqua sed hoc solum licet poni propter auctoritatem ecclesie determinantis divinam voluntatem esse talem et ordinationem eius: quod nullus actus sit meritorius ex condigno nisi elicitus mediante charitate. sicut patet per apostolum prime ad corinth. xiij. Secundo dico. quia potest poni rationabiliter quod charitas nullam activitatem habet respectu actus meritorii. quia ad hoc nec est ratio naturalis nec experientia nec expressa auctoritas sacre scripture maxime biblie. quia licet ad ponendum charitatem respectu actus meritorii sit auctoritas expressa: non tamen dicit auctoritas quod charitas est causa activa respectu actus meritorii. Si dicitur quod secundum istam viam charitas solum esset causa sine qua non: respectu actus meritorii quod tamen alibi improbatur pro parte. Respondeo sicut patet supra licet in naturalibus non sit ponere respectu alicuius effectus causam sine qua non. quia illa improbatur alibi per communem propositionem effectus dependet etc. tamen in voluntariis bene est ponere causam sine qua non respectu alicuius effectus: sicut sacramenta sunt cause sine quibus non respectu gratie. ita potest dici in proposito quod caritas non necessario requiritur sicut causa naturalis respectu actus meritorii sed requiritur secundum voluntatem dei sic ordinantem se actum non esse acceptum deo nisi a ea meritum actu. sicut factis signis exterioribus sacramenti circa aliquem deus libere infundit gratiam sicut etiam si aliquis princeps ordinaret quod quicunque portaret tunicam suam tali die esset sibi carus et acceptus aliter non: tunc portare tunicam esset causa sine qua non illius acceptationis. Sic caritas secundum istam viam posset dici causa sine qua non propter divinam voluntatem libere sic ordinantem. Sed licet ista via sit probabilis quia tamen auctoritates sanctorum videntur expresse dicere quod voluntas est pedissequa respectu charitatis et charitas quasi domina. et quod charitas se habet respectu voluntatis sicut equus ad sessorem. Et multe alie que sonant in activitatem charitatis. Irrationabile etiam videtur negari a charitate quod conceditur de alio habitu naturali naturaliter acquisito. nunc autem conceditur quod habitus acquisitus naturaliter est activus respectu actus eliciti ab eo: igitur hoc est concedendum de caritate. aliter vilipenderetur charitas plusquam quicunque alius habitus quod non videtur conveniens. Rationabilius igitur est dicere quod sit causa activa respectu actus meritorii sicut quicunque alius habitus est activus respectu actus eliciti ab eo.

D

Ad rationem potest dupliciter responderi. Uno modo quod si aliquis diligat deum naturali dilectione ita intense sicut est possibile pro statu isto sine charitate. et post infundatur charitas. quia licet charitas non sit activa respectu illius actus quantum ad productionem: puta tamen est activa quantum ad conservationem: et causa conservativa ita vere est activa sicut causa productiva. sicut si deus causaret cognitionem intuitivam in aliquo beato sine presentia vel experientia alicuius obiecti. et postea causaret obiectum et faceret presens potentie cognitive: licet non produceret illam visionem. tamen naturaliter conservaret eandem. etiam si deus non concurreret nisi secundum generalem influentiam ad conservationem illius. Similiter si deus causaret lumen ita intensum in medio sine sole sicut cum sole. et post causaret coexistentem solem sol bene conservaret illud lumen causatum a deo solo licet non produceret. ita potest dici in proposito quod charitas secundum ordinationem divinam concurrit ad conservationem illius actus licet non ad productionem.

E Dubitatur

Sed hic est dubium quia iste actus naturalis potest equaliter conservari per naturales causas sine charitate sicut potest produci sine charitate secundum non potest cognitio intuitiva naturaliter conservari sine obiecto nec lumen in medio sine sole. et

iō nō est sic hr ibi. Ad h posset dici q̄ s3 potentiā dei ordinatā nō posset ille act⁹ p aliqd tp̄a cōseruari sine caritate: q2 de⁹ sic ordinauit q̄ q̄cūq3 7 q̄ncūq3 hūt talē actū stati īfūderet sibi caritatē: nec p potētiā dei ordinatā posset caritas substrahi manēte tali actu. 7 iō assūpta est falsū. s. q̄ pt naturalr̄ cōseruari sine caritate. 7 p cōns exēpla adducta nō sūt ad ppositū. Sed q̄cq̄d est de potētia dei ordinata certū est q̄ de potētia dei absoluta pōt talis act⁹ naturalr̄ pduci 7 in ppetuū cōseruari naturaliter sine caritate. 7 etiā infusa caritate. 7 pōt p patētiā diuinā absolutam caritas ānihilari manifeste eodē actu quo prius naturaliter cōseruato. Ideo pōt aliter rndēri ad rōnem positō casu pdicto q̄ caritas cū volūtate diligēte deū tali actu naturali causat aliquē gradū intensiōē 7 eiusdē rōnis quē gradū nō pōt volūtas cū alijs causis naturaliter causare. Et quādo dicit q̄ talē actū nō experimur in nobis. dico q̄ caritas infusa ponēda est in nobis nō propter experientiā aliquā: q2 ad h nullā habem⁹ experientiā: s3 solā est ponēda ppter auctoritatē ecclie hoc determinātis sicut supra patuit. Ex eadē auctoritate habem⁹ rationabilr̄ ponere q̄ caritas cōcurrit cū volūtate ad causandū aliquē gradū intēsum dilectiōis eiusdē rōnis q̄uis ad h nullā habemus experientiā. Ex istis pt3 q̄ actus naturalis 7 meritori⁹ possūt esse eiusdē spēi: q2 ille gradus intēsus causat⁹ mediante caritate est eiusdē spēi cū actu naturali p̄cedēte: q2 distinctio specifica in cā nō arguit distinctiōe3 specificā in effectu. p3 de multis causis prialib⁹ distinctis spē cōcurrentib⁹ ad effectū eundem. 7 iō q̄uis caritas distiguatur spē ab alijs causis pducētib⁹ actū meritoriū nō op3 tn̄ ppter hoc q̄ ille gradus causat⁹ mediāte caritate distiguat spē ab alio gradu: imo s̄m istā viā actus pure naturalis 7 actus meritori⁹ faciāt vnū actū nūero sicut duo gradus albedinis faciūt vnā albedinem numero vn̄ q̄n actus naturales pfecte meritorij habēt idē obiectū spē: tūc possunt esse vnus act⁹ spē 7 numero mō predicto. q̄n aūt nō habēt idem obiectū spē: tūc necessario actus naturalis et meritori⁹ distiguunt spē: sicut si aliq̄s diligeret deū sup oīa nō s̄m aliquā circūstantiā reqsitā 7 iste idē p̄mus diligeret deu3 sup oīa s̄m oēs circūstantias: puta s̄m rectā rōne3 q̄ est finis vltim⁹ 7 sic de alijs. h act⁹ pure naturalis 7 meritori⁹ necēio distiguunt nō solū nūero: s3 et spē ppt distictiōem specificā circūstātiarū q̄ sunt obiecta prialia act⁹ meritorij. de h q̄re in q̄one de cōnexiōe virtutū moralū. Si dicas q̄ illa q̄ nō pn̄t hr̄e effectū eiusdē rōis nō pn̄t eē eiusdē rōnis: s3 act⁹ ille naturalis 7 g̃dus cātus mediante caritate nō pn̄t hr̄e effectū eiusdē rōis: q2 ille g̃dus facit aliquē acceptū deo act⁹ naturalis nō pt h facere q̄ntūcūq3 p cās naturales intēdat. igr̄ 7c. Rn̄deo 7 dico q̄ q̄n effect⁹ sequit cām naturali necētē: tūc est ppō accepta vā. q̄n aūt seq̄t ɔtigent ex mera libertate 7 volūtate cāe extrīsece i cui⁹ librate 7 ptāte ē q̄ talis effect⁹ seq̄tur talē actū vel nō seq̄tur. silr̄ q̄ seq̄t vnū actū 7 nō aliū nō o3 q̄ sit vā. sic ē in pposito: q2 q̄ act⁹ cū illo g̃du cāto mediāte caritate sit accept⁹ a deo: 7 sine illo nō sit accept⁹. h solū est ex mera librate 7 volūtate dei sic ordināte. Et iō nō seq̄tur q̄n illi g̃dus sint eiusdē spēi s3 supposito q̄ caritas hēat actiuitate3 respectu actus meritorij mō p̄dicto: adhuc ē dubiu3 quō ille auctēs hēant itelligi q̄ volūtas est pedissequa caritatis: 7 q̄ caritas se hēat ad volūtatem sic sessor ad equū: q2 ex istis videt̄ seq̄ q̄ caritas est cā p̄ncipalior q̄ volūtas respectu act⁹ meritorij qd̄ nō ē verū. Rn̄deo q̄ itelligēde sūt q̄ntū ad rōne3 merēdi. nō q̄ntū ad sbam act⁹: q2 respectu sbe act⁹ volūtas ē cā p̄ncipalior. s3 q̄ntū ad acceptatiōem diuinā siue rōne merēdi est volūtas q̄si pedisseq̄ 7 famula 7 caritas q̄si dn̄a: q2 sic pedissequa nō est dn̄o accepta p se s3 mediāte dn̄a cui famulat̄: ita volūtas cū nullo actu mere naturali deo ē accepta sine caritate: s3 ea mediāte ē volūtas deo accepta 7 cara. 7 silr̄ act⁹ nō ē sine ca. 7 iō dr̄ pedisseq̄. Eodē mō dr̄ q̄si sessor eq̄: q2 sic sessor regit 7 gubnat equā: ita caritas volūtatē q̄ntū ad acceptatiōem diuinā 7 vitā eternā: q2 q̄ plus h3 de caritate plus ē accept⁹ deo 7 q̄ minu⁹ min⁹. Ad scd̄m dubiū supposito q̄ illa positio ibi facta sit possibilis sic credo q̄ sit. dico tūc q̄ talis trāsit⁹ de ɔ̄dictorio i ɔ̄dictoriu3 saluari d3 p trāsitōem tp̄is 7 ordinatōem diuinā eternā de nouo factā: q2 q̄ nō h3 saluari p solā trāsitōnem tp̄is nisi illud ɔcurrat saltē efficacit̄ ɔcludit illa rō p̄us fcā. qd̄ etiā nō pt fieri p ordinatōem dei nouā. pt3: q2 si de⁹ nō ordinaret de nouo q̄ ille act⁹ naturalis eēt deo accept⁹ q̄ tn̄ nō eēt accept⁹ deo s̄m potētiā ordinata3 eternā: o3 h necēio eē p nouū velle: q2 h ē deu3 ordiare deū velle: s3 h nō pt aliquo mō fieri sin mutatōe q̄ nō pt i deo cē. o3 igr̄ necēio dicere q̄ tal' trāsit⁹ saluat̄ p trāsitōe3 tp̄is actualē vl' potēcialē 7 p ordiatōe3 diuiā eternā. 7 p istū modū: q2 de⁹ ordiauit ab eterno 7 forte q̄ ille act⁹ naturalis vno tp̄e nō eēt sibi accept⁹ sine caritate. alio tp̄e esset tal' accept⁹ sine oī caritate si solū tp̄s trāseat ille act⁹ eēt p̄mo nō accept⁹ sin̄ oī ɔ̄structiōe vl' positōe cuiuscū3 positiui. Exēplū si rex statueret q̄ q̄cūq3 in a die inueniret̄ i aula sua esset ei iniuriosus: 7 quicumq3 in b die esset ei

Dubiū

Rūsio

Ad scd̄am dubitatōem

amicus ꝛ accept⁹: si aliqs esset in aula ãte sta-
tuã suũ ꝑseueraret in eadẽ imobiliter ꝑ vtrũqꝫ
diẽ ꝛ a ꝛ b. talis eẽꝫ ꝑmo die. s. a nõ accept⁹ re
gi: q: inimicus. scdo die. s. b esset accept⁹ quia
amicus. hic igr̃ est silis trãsitus sicut in alio ca
su: ꝛ tñ ꝑ positũ nõ acq̃rit̃ hic aliqd vel ꝑdit̃
ꝫ solũ saluat̃ b talis trãsitus ꝑ trãsitionẽꝫ tp̃is
ꝛ ordinatõẽꝫ regis. q: trãsitio sola sine ordina
tione regis nõ sufficeret. Eodẽ mõ dictũ est ꝑ
oĩa in alio casu: nec est dĩa nisi ꝙ ĩ b exẽplo or-
dinatio est noua. ꝛ sic est mutatio ĩ rege sic or-
dinãte. ordinatio aũt t oĩs diuĩa est etna. Ad

M
Ad tertiam dubitatiõem

tertiũ dubiũ dico. ꝙ illa difficultas est magis
vocalis ꝙ̃ realia. q: dubiũ est q̃d bõ velit voca
re btitudinẽ ꝑpt diuersas auctoritates sctõꝝ
et diuersas cõditiões attribuẽas btĩudini. si
eñ vocat̃ btĩtudo illud quo attingit̃ obiectuꝫ
btĩficũ vniẽa obiectũ cũ btõ ꝫm cõem moduꝫ
loquẽdi aliquoꝝ ad qd̃ sequit̃ ꝑfecta delecta-
tio ꝛ q̃etatio in potẽtia btã. sic videt̃ ꝙ ꝯsistit
eẽntialiter ꝛ p̃icipalr̃ in actu fruitiõis ꝛ dele
ctatiõe ꝯñte: ꝛ nã i cognitõe. q: tali attribuit̃
illud obiectũ modo ꝑdicto: ꝛ ad talẽ actũ ꝯse-
quit̃ naturalr̃ talis delectatio sicut effect⁹ na-
turalis suã cãm. ꝛ iõ sic loquẽdo de btitudine
sic circũscribẽdo illã cognitionẽ clarã: dũmõ
remaneat illa fruitio cũ delectatiõe erit ꝑfectẽ
beat⁹. ꝫ si circũscribat̃ delectatio cũ cognitõe
ꝛ maneat sol⁹ act⁹ fruitiõis nõ erit ꝑfecte bea-
tuo. Cui⁹ rõ est: q: sicut null⁹ est ꝑfecte dãna-
tus vel cruciat⁹ q̃ pt eẽ sine tristitia. iõ sine tri
stitia null⁹ est ꝑfecte dãnatus. et iõ forte puuli
decedẽtes i originali non sunt ꝑfecte dãnati.
q: nõ hñt talem penã nec talẽ tristitiã q̃lẽ hñt
alij. ita sine dilectiõe null⁹ est nec eẽ pt ꝑfectẽ
beat⁹. ꝛ ꝫ scot⁹ q̃ ponit ꝑfectã btitudinẽ eẽ si
ne delectatiõe. q̃re eũ in materia de btĩtudie.
si aũt btitudo accipiat̃ ꝑ quodã statu oĩm bo-
noꝝ aggregatõe ꝑferõ sic diffinit̃ felicitas sic
ĩcludit visionẽ illã clarã fruitionẽ ꝛ delectati
onẽ: licet forte vnũ p̃icipali⁹: ꝛ aliud min⁹ p̃i
cipalr̃: ꝛ hec de isto articulo. Ad quartũ di-

Z
Ad quartam dubitatiõem

co ꝙ licet scot⁹ in materia de btitudine videa
tur dicere ꝙ rõnabile sit dicere ꝙ volũtas re-
spectu p̃ntis boni habeat aliũ actũ distinctuꝫ
a cõcupiscẽtia ꝛ delectatione ꝛ nõ necessariũ
tñ videt̃ ꝙ possit ꝓbari ꝑ expientiã ꝛ rõem ꝑ
rõem sic. q: mal⁹ angel⁹ diligit se intensiue ꝫm
Augustinũ. xiiij. de ciuitate. cap̃. vltimo. duo
amores fecerũt duas ciuitates. ciuitatem dia
boli fecit amor sui vsqꝫ ad cõtẽptũ dei. igr̃ ma-
li ãgeli fabricãteo ciuitatẽ diaboli diligũt se.
q̃ro tũc an amor iste sit act⁹ cõcupiscẽtie vl̃ de
lectatio vel aliqs ali⁹ distinctus ab vtroqꝫ. nõ
ꝑmo moda. q: actus desiderãdi ꝛ cõcupiscẽdi

est semꝑ respectu rei nã habite ꝑncipaliter ni
hil aũt est ita p̃ns angelo sicut est ipemet an-
gelus. igr̃ ꝛc̃. Nec scdo mõ: q: in angelis malis
nulla ẽ delectatio sicut i bonis nã est tristicia
q: tristicia vehemẽs excludit qu. ãcũqꝫ delecta
tionẽ nã solũ ꝯnã ꝫ cõtingẽtẽ ex. vij. ethicoꝝ.
igr̃ est necesse dicere ꝙ ille actus est distinct⁹
quo diligit seip̃m ꝛ illũ vocam⁹ actũ amicicie
ꝛ ista rõ est efficacior ad ꝓbandũ duas ꝯclusi-
ones inter oẽs quas adducit scot⁹ in ꝑma di-
stinctõe lecture parisiẽsis. Pria cõclusio ẽ ꝙ
delectatõ distiguit̃ a dilectione. Scd̃a est ꝙ

R
Prima cõclusio
Secunda

preter actũ ꝯcupiscẽtie est ponere actũ amici
cie distinctũ ab ea. ptꝫ ꝑ expetientiã. nã aliqs
diligit deũ intẽsius ordinate: ꝛ tñ minorẽ dele
ctatõẽꝫ hꝫ sicut aliqs fidelis q̃ nõ est deuotus
ꝛ ꝑ ꝯñs nõ multũ delectat̃ in dilectõne dei: tñ
feruẽtius diligit deũ ꝛ itẽtius ꝙ̃ alius deuot⁹
q: citi⁹ se exponeret exilio ꝓ amore dei ꝙ̃ ali⁹:
ꝛ mltũ valet ꝙ nã pt hẽe deuotõem siue delcã
tãẽꝫ q: circa h laborat q̃tũ põt: lꝫ ꝓpositũ nõ
passit obtinẽ. ille igr̃ amor q̃ talis diligit deũ
in se nõ est amor ꝯcupiscẽtie: q: sic non esset a-
mor ordinatus nec delectatio: q: tũc haberet
maiorẽ delectatõem ꝙ̃ alius. sicut hꝫ intẽsiorẽ
dilectõem: q: maiorẽ dilectõem nemo hꝫ ꝙ̃ vt
aiam suã ponat ꝓ amico suo. ad qd̃ est iste pa-
rat⁹ alius nõ igr̃ iste hꝫ actũ amicicie. Alias

Z
Prima rõ scoti

rões adducit scotus q̃ nõ ꝯcludũt ad ꝓposi-
tũ ita efficaciter quãtũ ꝑma est in virtute: scꝫ
odiũ ꝛ tristicia q̃ opponũt̃ dilectiõi ꝛ delecta
tioni distiguunt̃ realit̃. igr̃ delectatio ꝛ dilectõ
ꝯña pꝫ. maior ꝓbat̃: q: odire ẽ quoddã nolle a-
ct⁹ aũt nolẽdi nõ reqrit obiectũ apphensũ exi
stere: q: volũtas põt nolle illud anteq̃ existat
tristicia nõ est nisi de obiecto actualr̃ existẽte
ꝫ Aug. lib. xiiij. de ciui. capl̃o. vij. Volũtas ꝑ
uersa malus est amor. Amor igr̃ inhians habe
re qd̃ amat cupiditas est. id aũt hñs eoqꝫ fru-
ens leticia. fugiẽs qd̃ ei aduersat̃ timor est: id-
qꝫ si acciderit sentiens tristicia est. Et alibi.
Tristicia est de his que nobis nolentibus ac-
cidũt. igr̃ cum tristicia ꝛ odiũ non sunt idẽ: q:
possunt separari vt ptꝫ ex dictis dilectio ꝛ de
lectatio nõ erũt idẽ. Sed ista rõ nõ ꝯcludit: q:

Improbat̃.

aduersari⁹ diceret ꝙ nõ q̃libet act⁹ nolendi ẽ
idẽ cũ tristicia: ꝫ tm̃ ille quo nolo aliq̃d qd̃ tñ
accidit: q: illud odiũ siue nolle nõ põt eẽ sine
tristicia nisi per miraculũ. Eodẽ mõ diceret ꝙ
nõ q̃libet dilectio esset eadẽ cũ delectatõne: ꝛ
ecõuerso: ꝫ solũ illa q̃ volo aliq̃d qd̃ tñ volitũ
a me accidit sicut volo: q: illa dilectio nũq̃ pt
separi a delectatõe nisi ꝑ miraculũ. ꝛ ista rõ be
ne ꝓbat ꝙ aliqd̃ odiũ distinguit̃ ab aliq̃ tristi
cia ꝛ aliq̃ dilectio a delcãtõe: q: illa p̃nt separi

sed nō ꝓbat distictōem vl̓r inter dilectōem ⁊ delectatōem. De hac rōe q̄re alibi ī dubitatōibus nr̄is.

M
Scd̄a rō scoti

Scd̄a rō: q: volūtas pt̄ h̄re nolle intēsissimū an̄ aduētū ip̄sius noliti. Ponat̄ igr̄ ꝙ nolitū veniat in effectū sic ē nolitū: tūc ex h̄ ꝙ ponit̄ istud nō h̄z volūtas intensi⁹ nolle ꝙ pri⁹ q: ꝑ positū ꝑus h̄ūit eē intēsissimū. igr̄ ꝓpt̄ aduentū noliti nō mutat̄ volūtas s̄m aliq̄d nolle. ꝭ ꝯstat ꝙ mutat̄ de nō tristitia ī tristitiā: q: ꝑus non tristabat̄: mō tristat̄. igr̄ illa tristitia nō ē nolle. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec odiū: q: nolle ⁊ odiū idē sūt.

Improbat̄.

Sȝ ista rō nō ꝯcludit: vt sit distictio inter actū nolēdi ⁊ tristitiā sic ꝑus dc̄m̄ ē: q: aduersari⁹ diceret ꝙ lȝ illud nolle ꝑcedēs euētū noliti distiguit̄ a tristitia: q: sepatat̄ vt dc̄m̄ ē: tn̄ nolle qd̄ h̄z volūtas rerū noliti iā positi in effectu nō distiguit̄ a tristitia: q: illud nolle nō pt̄ sepati a tristitia nisi forte miraculose s̄ȝ veritatē: lȝ nō s̄m aduersariū. ⁊ iō diceret ad argumētū ꝙ volūtas h̄ret aliud nolle an̄ aduētū noliti ⁊ post aduētū ei⁹ forte alteri⁹ rōis: ⁊ tūc nolle ꝑcedēs distiguit̄ a tristitia: ꝭ nolle seq̄ns est idē cū tristitia. vl̓ diceret ꝙ nolle ꝑcedens aduētū noliti augmētaret̄ i aduentu noliti ꝑ aliquē ḡdū eiusdē rōnis q̄ eēt cū tristitia. Et q̄n̄ dicit̄ ꝙ possibile ē ꝙ h̄eat nolle itēsissimū ante aduētū noliti. negādū est: q: sꝑ ꝑ positōem rei in effectu augmētat̄ nolitio.

N
Tertia rō scoti

Tertia rō est: q: volūtas libere ⁊ volūtarie elicit oēm actū nolēdi ⁊ volēdi: q: ita pt̄ volūtarie nolle aliq̄d' sic velle: q: null⁹ tristat̄ volūtarie: q: sic nō tristaret̄. igr̄.

Improbatur.

Sed ista rō nō ꝯcludit: q: volūtas pt̄ voluntarie ⁊ libere velle aliq̄d imediate. ⁊ tn̄ posit̄ aliis actib⁹ mutabit̄ ad volēdū illud. Exemplū. infirm⁹ pt̄ libere velle potionē amarā ⁊ nō velle sic placet: ꝭ stātē vno actu īvolūtate quo vult efficacit̄ sanitatē oīno: nec ꝓ aliq̄ īpedimēto dimitteret cōseq̄ sanitatē. ⁊ alio actu itellectu quo dictat ip̄ȝ īfirmū nō posse sanari nisi ꝑ potionē amarā ṅcērio: tūc ita naturaliter sic ignis calefacit vult potionē amarā. ita diceret ī ꝓposito ꝙ an̄ aduētū noliti pt̄ volūtas nolle illud vl̓ nō nolle: ꝭ posito ꝙ nolitū eueniat stātē volitōe libera ⁊ app̄hēsiōe ītellectus ꝙ nolitū iā euenit de nc̄cē h̄z nolle rerū illi⁹ sic de nc̄cē tristat̄. ⁊ ita ꝯcludit rō ꝙ nolle illd̄ libere elicitū an̄ aduētū noliti distiguit̄ a tristitia: ꝭ nō ꝯcludit ꝙ nolle rerū noliti iam positi ī effectu distiguat̄ realr̄ a tristitia: q: illd̄ naturalr̄ forte cāt̄ saltē s̄ȝ aduersariū sic tristitia.

O
Quarta rō scoti

Quarta rō ē: q: volūtas reflectens se sup actū suū volūtarie elicitū cōplacet sibi actus su⁹. ⁊ ꝑ ꝯn̄s volūtas volēs se libere nolle complacet sibi ī nolēdo: ꝭ volūtas reflectēs se sup tristitiā suā nō cōplacet sibi tristitia sua: ꝭ displicet. igr̄ ⁊c̄.

Improbatur

Sed ista rō nō ꝯcludit. tn̄ q: lȝ volūtas reflectēs se sup actū nolēdi an̄ aduentū sibi cōplacet ī illo actu libere elicito: nō tn̄ volūtas libere r̄flectēs se sup actū nolēdi post aduentū noliti cōplacet sibi ī illo actu: ꝭ mag̃ tristat̄. Istud pȝ ꝑ exꝑientiā. nā aliq̄s nolens amicū suū peccare volēdo illd̄ nolle pt̄ sibi cōplacere ⁊ delectari. si post peccet ⁊ tūc ī nolendo eū peccare sibi displicet ⁊ tristat̄. Et silr̄ in volēdo eū nolle: q: sibi displicet ꝙ voluit illud nolle ad qd̄ sequit̄ naturalr̄ ī eo tristitia ⁊ pea. Tū q: dubiū assumit ꝙ qd̄libȝ nolle volūtatis sit volūtarie ⁊ libere elicitū: q: ꝓbatū ē ꝑus ꝙ aliq̄d ē libere elicitū ⁊ aliq̄d naturalit̄: ⁊ ita lȝ rō ꝑdicta cōcludat ꝙ volūtas reflectēs se sup actū suū libere elicitū pt̄ sibi cōplacere ī illo actu cuiusmōi est nolle elicitū an̄ aduētū noliti q: ille est libere elicit⁹ nō tn̄ ꝯcludit ꝙ reflectēdo se sup actū suū naturalr̄ ⁊ nc̄cērio elicitū cōplaceat sibi ī illo actu ꝭ mag̃ displicet. nā cau tē sic declaratū ē ꝑus nolle alicui⁹ noliti naturalit̄ cāt̄ ꝑ aduētū noliti ⁊ ē aliud nolle a ꝑcedēte euētū noliti. ⁊ ꝑ ꝯn̄s reflectēdo se sup illd̄ nolle mag̃ tristat̄ ⁊ displicet. ⁊ sic vt videt̄ aduersario illud nolle nō distingueret̄ a tristitia.

P
Quīnta rō scoti

Quīta rō est. q: in deo est act⁹ nolēdi. naȝ sic ꝑ velle suū est cā eoꝝ q̄ eueniūt: ita ꝑ nolle suū est cā īpeditiua multoꝝ q̄ nō eueniūt: ꝭ de⁹ nō pōt tristari. igr̄ tristitia ⁊ nolle nō sūt idē.

Improbatur

Sȝ ista rō nō ꝯcludit: q: sic ꝑus dc̄m̄ est s̄m aduersariū nō qd̄libȝ nolle est idē cū tristitia: ꝭ solū nolle rerū noliti cuius oppositū euenit. ⁊ tale nolle nō pt̄ esse ī deo: q: si deus h̄ēat nolle rerū alicui⁹ act⁹ noliti: tūc obiectū illi⁹ noliti nullo mō pōt euenire maxie obiectū noliti a deo efficaciter. sed si obiectum noliti posset euenire et tamen deus nollet euenire illud tunc concluderet rō ꝙ illud nolle nō eēt idem cū tristitia: ꝭ sic nō pt̄ esse. ⁊ iō rō nō ꝯcludit ꝓpositūȝ suū. Si tn̄ fieret rō de āgelo bono volēte aliq̄d volitū: cui⁹ oppositū euenit freq̄nt̄. exēplū. angelus deputat⁹ ad custodiā hoīs h̄z nolle rerū pcī mortalis isti⁹. si tn̄ peccat freq̄nt̄ mortaliter. tūc euenit oppositū noliti ab isto āgelo. et tn̄ nō tristat̄ de h̄: q: sic ī āgelo malo nulla ē delectatio: ita ī āgelo bono nulla ē tristitia: tunc ꝯcluderet argumētū forte ḡnalr̄ distictōeȝ inter nolle ⁊ tristitiā: q: sicut ꝑus ꝓbatū est fere ꝑ oēs rōnes Job. nolle ꝑcedēs euētū noliti nō ē idē cū tristitia: q: pn̄t separi. nec nolle seq̄ns euētū noliti de quo nolle maxie videt̄ ꝙ sit idē cū tristitia. g̊ nullū nolle est idē cū tristitia. sic pȝ de āgelo bono ī exēplo ꝑus posito. igr̄ ḡnalit̄ reqrit̄ ꝙ nullū nolle est idē cū tristitia: ꝭ ad istud nō ꝑuenit deductio Job.

Q
Sexta rō scoti

Sexta rō: q:

